circa prin. ⁊ insti. de fideicom. here. §. sed quia. ⁊ de. l. falci. in prin. Secundo probatur per identitatem rationis: quia ratio prohibende falcidie institutionis iure debite fuit vt testatoris voluntas seruetur. sed eadē est ratio in trebellianica. ergo idem ius. vt. ff. de ver. ob. l. a ticio. ¶ Tertio probat quia aut heres testatoris parebit: ⁊ non erit sine lucro. aut non ⁊ tunc locus fiet personis enumeratis. ¶ Quarto fauor ⁊ odiū diuerso respectu id operari videntur. Nam si heres non detrahit falcidiam est fauor. quia hec ptinet ad obseruātiam voluntatis. ⁊ eius detractio est odium p pōis. sed fauores ampliandi sunt. ⁊ odia restringenda. vt. ff. de liber. ⁊ posthu. l. cum quidam. ¶ Quinto quotiens casus omissus ad eundē effectum tendit cum expresso: ⁊ agitur de fauore eo casu debet haberi pro expresso. vt. C. d posthu. her. insti. l. fi. ergo ⁊c. ¶ Preterea fortius ius esse videtur ius falcidie ꝙ ius trebellianice. vt habet ⁊ notatur. ff. ad. l. falci. l. in quarta. ¶ Econtra videtur ꝙ non sit idē in trebellianica. Primo probari potest p locum a differentiis. q: differunt in multis. nam falcidia detrahitur de relictis singularibus. sed trebellianica de vniuersitate. Item heres adire cōpellitur propter fideicōmissum vniuersale. sed non pter relicta singularia. vt ff. ad treb. l. mulier. §. fi. Item falcidia est inducta a falcidio. vt. ī. e. §. hinc nobis. nota. sed trebellianica a trebelliano. vt. ff. ad trebe. l. j. circa prin. ¶ Item in falcidia inducenda iura varia ⁊ diuersa introducta fuerunt priusꝙ ad eam peruenire. vt insti. ad. l. falci. in pri. ⁊. ff. ad. l. fal. l. j. ⁊ no. ī. e. §. hic nobis. Et eodē mō i trebellianica iura varia ⁊ diuersa introducta fuerunt. vt insti. de fideicom. here. ⁊ ff. ad treb. l. j. circa prin. Et nūquam reperitur ꝙ per innouationem factam de vna facta fuerit innouatio pptera de alia: sed vtraqꝫ p se semp ⁊ suo modo ⁊ iure disponitur: vt pbatur in iuribus supradictis. ergo licet hodie fuerit facta innouatio de falcidia iure institu. debita non sequit pptera ꝙ facta fuerit innouatio de trebellianica. ar. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. l. si maritus. ¶ Preterea in trebellianica aliter disponitur quādo cōtra voluntatē ⁊ aliter quādo fm voluntatem detrahitur. vt no. C. famil. her. l. filium quem. sed in falcidia talis differentia nō reperitur. Item onera hereditaria aliter disponuntur propter falcidiam ⁊ aliter propter trebellianicam. vt C. de here. insti. l. quotiens. ⁊ ad treb. l. j. ⁊. ij. ⁊ actiones ⁊ iura aliter ⁊ aliter disponūtur. vt. ff. ad treb. l. facta. ⁊. l. restituta. Quinimmo heres restituta hereditate heres remanet pro quarta parte. Et fideicōmissarius loco heredis habetur pro tribus partibus. vt. ī. e. §. inordinatū. ⁊. ff. ad treb. l. j. circa prin. ⁊. l. si heres. Sed heres solutis legatis remanet in totum heres. vt dictis iuribus comprobatur. ¶ Preterea quotiēs legem non inuenimus correctam relinquimus eam antique figure. Et in dubio correctionem vitare debemus. vt. ī. quibus mo. natu. ef. sui. §. tribus. ⁊ de administrā. offi. §. fi. Itē si lex id voluisset facile erat id dixisse. vt. C. de cadu. tollen. §. finautem ad deficientis. ⁊ extra de deci. ad audientiam. quinimo cum lex non improbet trebel. eam approbare ⁊ cōfirmare videtur. ar. ff. fur. aduer. nau. cau. l. j. Preterea lex prohibet detrahi falcidiam ɔtra volūtatem. ⁊ trebellianicā expresse non phibet. ergo eam pmisisse videtur. quia quod de vno phibetur de alio permissum esse videtur. vt. ff. de iudi. l. cū pretor. in prin. So. testator quartā trebel. prohibere non potest ⁊ maxime quia cogitur heres inuitus adire ⁊ restituere. ergo si sponte vult adire quartam debet habere. Ne onus vel nomē heredis habeat sine fructu. secus est in herede a quo legata singularia relicta sunt. vt dictū est. Et qui in vno grauatur ⁊c. vt. ī. de trien. ⁊ semis. §. studium quoqꝫ. Et etiam patet ex eo. quia nulla lex prohibet eam detrahi. ⁊ quia in multis differunt. ⁊ quia iuris correctio est vitanda vt superius dictum est. ⁊ plenius poteris videre in questione quam disputaui. ¶ Queritur vndecimo an fideicōmissarius vniuersalis facere teneatur inuētarium. Et rñdet Libertinus de rñponsibus ꝙ sic. q: falcidiam detrahit. vt. ff. ad treb. l. j. §. inde neratius. Sed hec rō non videt bona. quia non detrahit regulariter. vt ibi not. sed potest esse rō quia ad legata soluenda tenetur. vt. C. ad treb. l. ij. vbi de hoc. Et eadem suspitio potest eē de eo qui est in herede ergo idē ius. ¶ Queritur duodecimo an bñficium inuētarij ab herede confecti ad fideicōmissarium trāseat. Et videtur ꝙ nō. quia heres inuētariū fecit. ⁊ ideo ad fideicōmissariū trāsire nō debet. vt. ff. ad treb. l. si heres pecuniā. Et quia priuilegium est quod psonam non egreditur. vt. ff. de reg. iur. l. priuilegia. ⁊. l. neratius. Econtra videtur ꝙ transeat. vt. ff. de consti. pecu. l. si post cōstitutam. So. fm Lamber. de rampo. cedi debet hoc beneficium. vt. d. l. si heres. ⁊ argumē. ff. de admi. tuto. l. si minoris. ¶ Queritur decimotertio an heres si inuentarium non fecerit: possit quartam trebellianicam detrahere? Et hanc qōnē disputaui in ciuitate Perusij. Et primo videtur ꝙ non possit detrahere. p arg. a minori. quia si id de quo minus inest ⁊c. Sed constat ꝙ heres si non fecerit inuētarium de proprio soluere compellitur. ergo multomagis lucro quarte priuādus est. vt. ī. e. §. si vero nō fecerit. ⁊ ar. C. de iure delib. l. fi. §. licentia. Secūdo probatur p locū a pari. Nam heres testatori inobediens omni lucro priuatur. vt ī. e. §. ⁊ hoc quidem. ergo etiam legi īobediens. arg. C. manda. l. ab anastasio. ⁊. ff. de iure patro. l. libertus. Tertio probatur per idētitatem rationis. Nam eadem ratio esse videtur in fideicommissario vniuersali ⁊ legatarijs ⁊ fideicōmissarijs ⁊ creditoribus. ne heredes malignentur: ⁊ bona surripiant. vt. ī. eod. §. sancimus. ⁊. §. si vero absunt. ergo idē ius debet esse in omnibus. ¶ Quarto pene falcidie amittēde impositio est simplex ⁊ generalis si heres non fecerit inuētarium. vt. ī. e. §. si vero non fecerit. Sed nomen falcidie etiam ad trebellianicam refertur. vt no. C. fami. her. l. filium. ergo indistincte ⁊ generaliter intelligi debet. vt. d. l. de precio. ⁊. d. l. j. §. generaliter. ¶ Quinto pbatur. q: hec lex simpliciter facit mētionem de fideicōmissarijs. ergo de omnibus intelligitur. vt. C. cōmunia de le. l. j. ⁊. ij. ¶ Sexto vbi maius periculum ibi promptius remedium. vt. ff. de car. edicto. l. j. §. sed ⁊ si quis. Sed maius periculū iminet fideicōmissario vniuersali ꝙ singulari. ergo ⁊c. Preterea probatur p aliud ar. a minori. quia si id de quo minus ⁊c. Sed constat ꝙ in legatarijs ⁊ fideicōmissarijs singularibus statim trāsit dominium rei relicte. vt. ff de lega. i. l. si tibi. §. cum seruus. sed non in fideicōmissario vniuersali nisi restitutione facta. vt. ff. ad trebel. l. restituta. ⁊. l. facta. in prin. ergo ⁊c. ¶ Ecōtra videt. q: heres si non fecerit inuētarium nō amittat trebellianicam. Primo probatur. q: legis huius dispositio certa esse videtur. Nā hec lex disponit ꝙ heres faciat inuentarium propter creditores ⁊ legatarios ⁊ fideicōmissarios singulares. vt. ī. e. §. hinc nobis vsqꝫ ad. §. nō autem. ⁊. C. e. l. fi. §. ⁊ si pfatam. ⁊. §. sequentibus. Sed pene in dubio sunt emoliende. vt. ff. de penis. l. si preses. ⁊. l. interpretatione. ergo pena non trahetur ad quartā trebellianicam. Secundo via cōquerendi de herede est pmissa legatarijs ⁊ fideicōmissarijs singularib⁹ ⁊ de vniuersalib⁹ nō reperit. vt. ī. e. §. si vero absint. Et in quibusdam casibus lex deficit nec vtilis actio danda est. vt. ff. solu. matri. l. si vero. §. de viro. ergo ⁊c. Tertio locus ab effectu ⁊ nomine. quia differunt inter se vt superius in prima questione. plene dictum est. ar. C. de codi. l. si idem. Quarto heredis effectus. Nam fideicōmissarius vniuersalis loco heredis habetur. vt. ff. quod cū eo. l. si filius §. j. ⁊ tres partes hereditatis consequi debet. ergo videtur absurdū ꝙ heres pter ipsum fideicō. inuētariū facere teneatur. qui heres solam quartam ptem retinet. sicut nec heres pter coheredem. ¶ Preterea si lex voluisset facile erat dicisse. vt dicto. §. finautem ad deficientis. quinimo minus periculum videtur versari quo ad fideicommissarium vniuersalem ꝙ quo ad ceteros. quia heredi remedijs pluribus consuli potest. quibus consuli non posset fideicōmissario vniuersali. vt curiosus indagator faciliter poterit inuenire. ¶ So. dico ꝙ heres non amittit trebellianicam licet inuētarium non fecerit. ⁊ hoc patet per iura p hac parte allegata. ⁊ no. Et not. per Rofre. ra. de senatuscon. treb. §. sed circa istum qui expresse tenet ꝙ quartam nō perdit: licet inuentarium non fecit non obstat ratio prima. quia illud procedit in herede singularibus relictis grauato. Et propter singularia relicta nō propter vniuersalia. Quod patet manifeste. per fideicōmissum vniuersale est simplex ⁊ indeterminatum quo ad testatoris dispositionem: licet a iure efficiatur certum. quia partes tres contiact. ⁊ ideo heres non grauatur in bonis proprijs propter fideicommissum vniuersale. licet inuentarium non fecerit. quia eius quod inuenitur in bonis ⁊ hereditate debet heres fm defuncti voluntatem restituere partes tres hereditatis ⁊ non amplius ⁊ ideo non debet propterea teneri de proprio in plus. quia esset contra defuncti voluntatem. Secus est in singularibus relictis que certa sunt quantitate vel specie. Et pro hoc faciunt omnes glose ⁊ interlinearia que scripta sunt a. §. hinc nobis vsqꝫ ad finem huius constitutionis. que semper exponunt falcidie. scilicet iure institutionis debite. Ad alia patet responsio. Et plenius videre potes in questionibus per me disputatis.

¶ Queritur decimoquarto quare heres qui inobediens est testatori iudici ⁊ legi priuatur solūmodo hereditario cōmodo. ⁊ de bonis proprijs non tenetur. Sed heres qui non facit inuentarium ⁊ est inobediens legi tantum tenetur vltra vires hereditarias. ⁊ de bonis proprijs. vt. ī. e. §. si quis autem. ⁊. §. si vero nulla. ⁊. §. in omnibus. ⁊. §. si vero non fecerit. ¶ Respondeo ꝙ in primo casu lex precipit nec premium pollicetur obedienti. Secundo vero casu lex precipit ⁊ premium dat obedienti inuentarium facienti. ⁊ ideo hoc casu magis fuit puniendus. argu. C. de episco. ⁊ cle. l. presbyteri. in fi. ⁊. C. de iure deliberan. l. fina. §. si vero postꝙ. ⁊. §. finautem hoc. versi. cum enim. Tu dic ⁊ verius ꝙ ratio est quia primo casu licet inobediens fuerit testatori non tamen fuit inobediens legi quo ad inuentarium faciendum. nam si non fecisset inuentarium ⁊ inobediens esset testatori iudici ⁊ legi: ⁊ iterum legi quo ad inuentarium conficiendum: tunc tenebitur etiam vltra vires hereditarias: cum eius odio fuerit introductum. vt nota. ī. eodem. §. necessitatem. Si vero inuentarium fecisset eo casu non debet teneri vltra vires hereditarias. quia legis beneficium ad eum transiuit. quod decet esse mansurum. vt infra constitutio. que de dignitatibus

§. illud. Et facit quod notatur. s. eo. §. si vero institutio. Dic ergo q ibi in. §. si quis autem. z in. §. si vero nulla ideo heres de proprio non tenetur. vel quia bona hereditaria sufficiunt. vel quia fecit inventarium alias melior esset conditio delinquentis quod esse nõ debet. vt. ff. de noxali. l. non solum. z vt notatur dicto. §. si vero institutio. ¶ Queritur. xv. nunquid si filius inuentarium non fecerit teneatur creditoribus hereditarijs insolidũ. Respondeo q sic. vt. s. e. §. si vero non fecerit. z. ff. de inofficio. testamen. l. papinianus. §. quarta: z de iure deliberan. l. ij. z. l. fina. §. si vero postquam. ¶ Queritur. xvj. an filius si non fecerit inuentarium teneatur legatarijs z fideicommissarijs insolidũ. Respon. q non. quia debitum bonorum subsidium non perdit. vt not. s. eo. §. si quis autem. z. §. si vero non fecerit. z ideo eis nõ debet teneri insolidũ vltra vires hereditarias ne quod vna via sibi conceditur. scilicet debitum iure nature retinere alia denegetur. quod esse non debet. vt. ff. de tuto. z cu. da. ab his. l. scire. §. j. z not. C. de iure deliberan. l. fina. §. q si post. in gl. in litem. ¶ Queritur. xvij. que est ratio quare heres extraneus tenetur insolidum z non filius. Respondeo quia heres extraneus ad lucrum admittitur. Sed filius ad debitum. vt. C. de codicil. l. fina. ergo zc. Preterea premium extraneo lex pollicetur si inuentarium faciat maius q̃ filio concedat propter ipsum inuentarium. Et ideo heres extraneus si inuentarium non fecerit plus legem contẽnit q̃ filius. z ideo plus punitur. argu. dicte. l. presbyteri. in fi.

¶ Queritur. xviij. quid si inopinabile quid emergat an heredi cõsulitur si inuentarium non fecerit. Arg. est q sic. vt. j. eo. §. non autem. versi. fi. z. ff. de conditio. z demonstra. l. plaucius. z. C. ad tertu. l. mater. in fine. z. C. e. l. fi. circa finem princi. Tu dic q non. quia legem contempsit z cepit teneri insolidum quicquid de hereditate contingeret. ¶ Queritur decimonono in. §. si vero expressim. quid si testator vires sui patrimonij sciuit: an presumatur falcidiam prohibere. Et dicunt quidam q sic. argu. s. eo. §. z his omnibus. z. §. hoc autem. ¶ Preterea si testator non iusserit quartam detrahi videtur tacite in dubio eam prohibuisse patrimonium totum per legata distribuendo. vt. ff. ad. l. falcidiam. l. ticia. z de donatio. inter virum z vxo. l. si sponsus. §. si quis rogatus. z not. C. fami. hercisc. l. filium quem habentem. Sed tu dic q licet facultates suas sciuerit si falcidiam expressim non prohibuerit falcidiam detrahere poterit. quia oportet q expressim designauerit. vt hic. z in nouellis eodem dicitur specialiter. z ideo non sufficit tacitum. vt. ff. de regulis iur. l. expressa. z de condi. z demon. l. nõnunquam.

Non autem dabimus. Primo continua vt in glos. notatur. Vel dic. superius dictum est q heres si inuentarium fecerit legis falcidie beneficio vtetur. nec vltra vires hereditarias conuenietur. sed quia hoc semper verum non est. Sequitur. non autem dabimus zc. Subdiuide lectionem presentem vsq ad finem tituli in partes quattuor. Primo inconstantie insciente prohibitio. z inopinabili casui prouisio. Secundo temporis instantie z solutionis limitatio. Tertio minorum subuentio. Quarto legis extensio ad paternos omnẽq vltimam voluntatem omnesq alias personas. secunda pars incipit in. §. illud quoq. tertia pars in. §. pupillus. quarta in. §. non autem vsq ad fi. ¶ Casus breuis. Heres substantie defuncti mensuram subtiliter agnoscens vni vel quibusdam integraliter legatis persolutis omnibus alijs insolidum persoluere compellitur penitentia z inconstantia repulsa. Nisi inopinabile emergat anni tempore instantie cause z solutioni statuto. his obtinentibus in omni vltima voluntate z personis omnibus. minoribus duntaxat exceptis. ¶ Casus litteralis. Justinianus ad precedentia se cõtinuat per hunc modum dicens. superius prouidimus heredi facienti inuentarium circa falcidiam sed non semper huiusmodi beneficiũ ei concedimus quia si heres defuncti substantie mensuram subtiliter agnouerit: z vni vel quibusdam integra legata persoluerit alijs omnibus cõplete soluere cõpellet. penitẽtia z incõstãtia penitus repulsa: non enim eum semel defuncti voluntatem agnouerit ad peiora se conuertere. debuit enim prius cogitare. nisi forte inopinabile quid emergat nulla talium litium ex vltima voluntate emergentium anni tempore transcendere valente necessitate imponenda heredi infra anni spacium post aditam hereditatem z admonitionem numerandum defuncti voluntatem implere. Anno autem per culpam heredis transacto heres cadat. Relictis pupillis autem z minoribus nihil nostra lex preiudicat. quia eis consulitur vel per restitutionem contra lesionem. vel contra negligentes tutores vel curatores patroni inobedientes omni cõmodo hereditario vltra legitimam portionem priuantur. applicãdo personis superius enumeratis his obtinẽtibus in oi vltima voluntate oibusq personis. Vltimo precipit legem diuulgari per omnes populos. omnesq prouincias z ciuitates. Ita q nullus maneat non audiens legem. que neq in paupertate viuere neq mori in anxietate pmittit. ¶ Nõ autem dabimus ad plenum. i. in integrum quibusdam amicis tantũ. quod. i. vt talis licentia non detur. Sentẽtiam in solutis et preterea in non solutis. Oportet enim si non vult damnum pati exactionem quã legatarij facere voluut. z agere. i. falcidiam retinere recte. i. expediat sibi soluere vel non. Illud quoq. s. quod. j. sequitur. questionũ ex vltima volũtate emergentium. anni tempus. i. a die litis conte. Necessitatẽ. i. si non vult in damno versari. z hereditario cõmodo priuari. solu. legatarijs z fideicõmissarijs legata z fideicõmissa extra iudicium petentibus ãmonitionem z post aditam hereditatem. vt. s. priori. Et ceteras expositiones dimitto breuitatis causa. quia fiunt in glosis. ¶ Primo nota q heres si defuncti voluntatem agnouerit in vno compellitur in omnibus approbare.

¶ Secundo nota quod semel approbatũ non licet postea reprobare. vt. ff. de nego. ge. l. pomponius scribit. ¶ Tertio no. hic incõstãtiam z varietatẽ repelli. ¶ Quarto nota q casus inopinabilis nulli nocere debet. ¶ Quinto not. q̃ de nouo emergẽs auxilio indigẽt. ¶ Sexto no. q vir prudens ante actum debet cogitare z prouidẽtiam futurorum in se habere. ¶ Septimo nota q non debet quis boni quod facere cepit penitere. ¶ Octauo nota casum spẽalem in quo falcidia cessat. ¶ Nono nota in. §. illud quoq q lites ex vltima volũtate emergentes anni tẽpus transcẽdere non debẽt. ¶ Decimo no. in. §. necessitatem. q annus solutioni datur. z currit post aditam hereditatem z ãmonitionem secutam. ¶ Undecimo nota q anno finito heres ipso iur᷒ relictis priuat᷒. ¶ Duodecimo no. in. §. pupillis q minores in penam legalem incidunt. ¶ Decimotertio nota q minoribus restitutio datur contra penam legalem. ¶ Decimoquarto q minoribus electio datur. ¶ Decimoquinto not. q minoribus instãtia iudicij cause currit. ¶ Decimosexto no. q portio patrono debita ex necessitate sibi debetur. ¶ Decimoseptimo nota q duplex est testamẽtorum modus. ¶ Decimooctauo not. q quinq sunt vltime voluntates. z dic vt in glo. Tu dic q etiam est sexta. s. epistola. vt. C. de his quibus vt indig. l. hereditas z de fideicommis. l. vt in epistola. ¶ Decimonono no. q lex hec est generalis in oi vltiã voluntate. ¶ Uigesimo no. q hec lex est generalis in omnibus personis. z etiam in militibus. ¶ Uigesimoprimo nota hic. z. s. e. §. pupillus q magis subuenitur minoribus q̃ militibus. ¶ Uigesimosecundo nota q lex neq in paupertate viuere zc. ¶ Uigesimotertio nota q ex. §. hinc nobis vsq ad. §. pupillus sumitur auĩ. sed cum testator posita. C. ad. l. falci. ¶ Opponitur primo de. l. q de bonis. §. non iccirco. ff. ad. l. falc. vbi dicitur q p duobus annis legatis integraliter persolutis de reliquis potest falcidia retineri pro solutis: z pro non solutis. So. tribus modis vt in glo. notatur. ¶ Opponitur secundo de. l. si ex pluribus. ff. ad. l. falci. vbi dicitur q pluribus rebus legatis quibusdam in integrũ solutis: ex relictis potest falcidia pro omnibus retineri. So. si ibi intelligimus q res in legato expresse fuerunt. z sic plura legata extiterunt. vt. ff. de leg. ij. l. ij. dic qd ibi dicitur hic corrigitur. Si vero res expresse in legato non fuissent tunc solue vt hic not. in glo. z in auĩ. sed cum testator. ¶ Opponitur tertio de. l. non dubium. §. fi. C. de testamentis. solu. ibi dispositio solẽnis non fuit: hic sic. ¶ Cõtra hanc solutionem oppoñ de. l. in testamẽto. ff. de fideicõmissa. liber. vbi in minus solenni voluntate prestitit libertatem. z nihilominus compellitur propter id fideicõmissum soluere. sol. ibi est speciale in alumna propter pietatem z affectionem. ¶ Oppoñ quarto de. l. error. C. ad. l. falci. z de. l. cum quis. C. de iuris z fac. ignorã. solu. ibi error facti: hic scientia intercessit. vt z. j. e. ver. nisi forte. Et no. in auĩ. sed cum testator. ¶ Opponitur quinto de. l. fi. C. ne vxor pro mari. So. ibi mater non tenebatur ad debitum filij vllo iure. hic vero heres tenebatur ciuiliter z naturaliter: vel naturaliter saltim vt ibi no. Et no. in auĩ. sed cum testator. ¶ Opponitur sexto q heres vltra substantie mensuram non teneatur. vt. ff. ad. l. falci. l. in ratione. §. q vulgo. in fi. §. Solu. ibi ex testamentis diuersorum legata soluta fuere. hic vnius. vel dic q ibi dicitur hic corrigitur. quia ambo testamenta pro vno habentur ibi. z dic vt no. in auĩ. sed cum testator. ¶ Opponitur septimo q hic iniustum seruetur z fiat quia iustum est vnicuiq sua committere. vt. C. de iudeis. l. nemo. Et sue quisq rei moderator z arbiter est. pleraq ex pprio arbitrio facit. vt. C. mã. l. in re mandata. So. ibi loquitur d̃ rebus proprijs quas quis hꝫ ex suo iure z acquisitiõe ppria. hic habet ex iure alterius z acquisitione. ¶ Opponitur octauo hereditate adita z inuẽtario facto res hereditarie heredis facte sunt z irreuocabiliter cõmixtione facta cũ suis reb᷒. vt. j. ti. j. §. j. ver. rez. z. C. de inof. test. l. si. l fi. z ff. de acq. pos. l. cũ heredes. z de rei vẽ. l. si ager. z. s. e. §. si vo absunt ꝟ. z his oibus. Preterea non est equius q heredi liceat vni soluere totũ q̃ nulli soluere totũ. qñ in paucis ex multis sꝫ virtutẽ iura saluãtur. vt. j. de referẽdarijs. §. pe. ¶ So. hoc cõrigit hic q: psum ptio est iuris z de iure q hereditas est locuples vel q defuncti volũtatẽ agnouerit simplr z in totũ cũ mẽsurã substãtie subtilr agnouerit. ¶ Oppoñ nono nõ est putãda elemosyna vnũ altare tegere: z alterũ detegere. vt. j. quõ opor. epi. §. sed neq effusas. z. j. q. j. non est putãda. So. vt. s. pe. dixi. Vel dic q cum vni soluit in totũ. volũtatẽ testatoris agnouit: z ideo non licet postea reprobare. vt. d. l. põpo. scribit

pomponius scribit.ff.de admi.tu.l.cum queritur. ¶ Opponitur decimo nõne pietatis vel donationis gratia poterit vni soluere.nec defuncti voluntatem propterea agnoscere videbitur.vt.ff.de religio.l.at si quis.§.fortassis.vbi dicit ꝙ sumptus funeris potest fieri pro parte pietatis causa: ⁊ pro parte non. ¶ Solu.ibi certum est de animo.hic dubium.vel dic ꝙ hic ⁊ ibi de animo certum est. Sed hic animũ habuit soluendi complete.ibi non.vel dic ꝙ ibi precessit protestatio.vt ea.l.§.interdum.hic non. ¶ Opponitur vndecimo res inter alios acta ⁊c.Solu.vt hic in glo.notatur vel dic ꝙ heres soluendo vni complete presumitur tacite legis falcidie beneficio renũciasse. Vel dic ꝙ res inter alios acta alijs nõ prodest.Sed prodest q: heres volũtatem defuncti agnouit vel q: presumitur hereditas locuples. Tu vero solue omnia cõtraria predicta sic.aut certum est de heredis animo.aut non.si certum est.aut certũ est ꝙ habuit animuz soluendi cõplete aut certũ est ꝙ nõ habuit animum soluẽdi complete.Si quidẽ certuz est de heredis animo ⁊ ꝙ animũ habuit soluendi cõplete.tũc obtinet qd̃ hic dr̃.Si vero certũ est ꝙ non habuit animũ soluendi cõplete tunc obtinet quod dicitur in contrarijs.Sin autẽ dubitatur tunc si heres mensurã substantie subtiliter agnouit siquidem protestatus est pietatis vel donationis gratia se vni vel quibusdam totum soluere velle non compellet postea alijs insolidum soluere.nec habebit locum quod hic dicitur vt.ff.de relig.⁊ sump.fune.l.at si quis.§.interdum.⁊.§.fortassis. Si vero protestatio nulla precesserit:⁊ mensuram substantie subtiliter agnouit.presumitur a iure ⁊ de iure in dubio ꝙ hereditas sit locuples.⁊ ꝙ defuncti voluntatem agnouerit simpliciter ⁊ in totum: ⁊ ꝙ falcidia legis beneficio renũciauerit.Et sic patet ꝙ iste.§.duobus modis potest intelligi.videlicet cum certum est de animo.Itẽ cum dubium est.heres tamen mensuram substantie subtiliter agnouit. ¶ Opponitur duodecimo ad.§.illud de.l.properandum.Sol. vt hic notatur in glo. ¶ Opponitur.xiij.de aut.qui semel.Solu. vt no.in aut.sz cũ testator. ¶ Opponitur.xiiij.ad.§.necessitatez hic dicit ꝙ annus currere incipit a die admonitionis.i.interlocutorie sentẽtie. Sed in nouellis eodẽ circa princi.dicit ꝙ currere incipit post victricem sentẽtiam ⁊ post iudicialem calculum.ergo post diffinitiuam sniam.So.sm glo.teneas quod hic.Sed caue tibi:quia in summa huius tituli circa prin.dicit ꝙ liber nouellarum tractat sup expositione huius libri.sed si hoc verũ esset.ergo liber nouellarum eet vltimus.q: prius fuit expositum ꝙ exponens.cum expositio fiat super eo quod iam est.quod de se patet omnibus.⁊ si hoc verum esset.ergo liber nouellarũ corrigeret hunc librum autenticorũ q: non est nouum ⁊c.vt.ff.de legi.⁊ senatuscõ.l.non est nouuz.Ego autem circa hoc dubito. ¶ Opponitur.xv.ad.§.pupillis.de.§.si vnum de predictis.j.vt cum de ap.cog.vbi maior.xviij.an.penam legis patitur:⁊ se non excusat.Solu.ibi minor legem sprevit ⁊ contempsit in iure naturali.vel quasi.hic in iure ciuili.quod est valde notabile. ¶ Opponitur.xvj.ꝙ minor ad penam legalem ipso iure non teneatur.vt.C.de spon.l.fi.ver.j. ¶ So.illa determinatur per istam.vt ibi notatur:vel dic hic minor a defuncto cõmodum percepit ⁊ ideo ad penã tenetur.sed restitutione iuuatur.ibi a nullo cõmodũ percepit.⁊ ideo ipso iure adiuuatur. ¶ Opponitur.xvij.de.l.si ex cã.§.vnũ videndum.⁊.l.auxilium.§.in delictis.ff.de mino.⁊.C.si aduer.delic.l.j.So.ibi minor deliquit in faciendo hic omittendo.vt ⁊.C.si aduer.delictum.l.ij.⁊ hec solutio est satis bona hic:licet non comprobetur in dicto.§.nũc videndum quod est notabile multum vel dic hic legem offendit.ibi hominem. ¶ Opponitur.xviij.ꝙ cũ delictum est in omittendo ipso iure nõ debeat teneri.vt.C.si aduer. delic.l.ij.sol.hic minor iam cõmodum percepit.ibi non percipere sperabat. ¶ Opponitur.xix.ꝙ non sit restituẽdus.vt.ff.de mino.l.emilius.cum concor.Solu.hic ex facto suo.⁊ nomine suo tenetur.⁊ propter negligentiam suam ⁊ admonitionem sibi factam.ibi ex facto alterius ⁊ nomine alterius.i.ex pacto ⁊ cõtractu defuncti.vt.ff.de verbo.oblig.l.cum filius.§.in hac.vbi de hoc notatur.C.si aduer. ven.pig.l.ij. ¶ Opponitur vicesimo.vt.C.de si.instr.iuxta se fiscalis.l.quecũꝙ.in fi. ¶ So.hic res est integra.ibi vero processum fuit ad venditionem solẽnem.vt ibi notatur. ¶ Opponitur.xxj.de.l. pupillorum.C.de admi.tu.Solu.illa determinatur p istam.vt ibi notatur. ¶ Opponitur.xxij.de.l.imperatores.ff.de pu.blic.nis.⁊ de.l.si tutores.C.de admi.tu.sola.vt in qualibet earum notatur. ¶ Opponitur.xxiij.ꝙ hodie ipso iure prescriptio non currat.vt C.in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.l.fi.sola.aut prescriptio est.xxx.vel.xl.annorũ ⁊ tunc currit prescriptio minori.sed restitutio ei datur.vt dicta.l.fi.in fi.⁊.C.de prescrip.xxx.an. l.sicut.ver.sed pupillari. Aut prescriptio est temporis inferioris.⁊ tunc dic ꝙ aut est conuentionalis.aut legalis.si est cõuentionalis: aut cepit a minore aut a predecessore minoris;siquidem cepit a minore ⁊ legitime eo casu prescriptio currit cõtra eum:sed ei datur restitutio si est lesus.vt.ff.de distrac.pig.l.si creditor.§.j.⁊.C.de spon. l.fi.ver.j.⁊.ff.de verbo.obliga.l.cum filius.§.in hac.⁊.C.si aduer. ven.pig.l.j.si vero cepit a predecessore minoris.i.ex contractu facto ⁊ pacto ⁊ conuentione maioris defuncti:tunc contra minorem prescriptio currit cum effectu:nec restitutio datur.vt dicta.l.emilius cum concor.vt superius dixi.sin autem prescriptio est legalis subdistingue.vt.s.quia aut cepit a minore aut a predecessore minoris.siquidem cepit a minore iterum subdistingue aut olim currebat nec restitutio dabatur:⁊ eo casu currit nec restitutio datur etiã hodie.vt.C. ne de statu defunc.l.si mater.⁊.ff.de mino.l.auxilium.in princi.aut olim ipso iure non currebat.⁊ hodie ipso iure nõ currit.vt.C.in quibus causis restitutio in integruz non est necessaria.l.ij.Aut prescriptio currebat minori sed restituebatur.⁊ hoc casu ipso iure non currit:⁊ vetus ius innouatur.Sed fallit in prescriptionibus quibus iudicia firmantur.vt hic ⁊.C.de iudi.l.properandum.in fi.⁊ si aduersus rem iudi.l.fina.vbi de hoc.⁊ not.in dicta.l.etiam. Sin autem prescriptio cepit a predecessore minoris.siquidem complenda est contra minorem.⁊ est prescriptio vtilis anni.eo casu ipso iure minori non currit.vt.C.de tempori.in integ.restitutio.pe.l.ea que vbi de hoc.⁊.ff.de minoribus.l.interdum.⁊ ibi notatur. Si vero prescriptio est non numerate dotis.eo casu currit ⁊ restitutio cessat. vt.C.de tempori.in integ.restitu.peten.aut.si minori.Sin autem alia esset prescriptio:tunc currit sed restitutio datur.vt not.dicta l.fina.in fi.⁊.C.si aduersus vsucap.l.j.in fine.glo.⁊.C.de non numera.pecu.l.si intra. ¶ Opponitur.xxiiij.ad.§.Quia vero duplex.ꝙ hec lex militi preiudicare non debeat.vt.C.e.l.fina.in fine prin.⁊.§.penul.solu.hec corrigit illam.vt hic ⁊ ibi notatur.

¶ Queritur primo in.§.non autem in fine.§.in glo.j.repetitionis.sed quid si partem legatario soluit.nunquid ⁊c. Et rñde vt in gl.notatur quia satis est clara. ¶ Queritur secundo.nunquid heres presumatur in dubio ignorare substantie mensuram ⁊ vires patrimonij.⁊ responde vt dixi.s.eo.§.his omnibus.⁊.§.hoc autem. Vel dic ꝙ hereditate non adita vel etiam adita rebus hereditarijs non apprehensis:tunc in dubio presumitur ignorare.vt.C.de heredi.vendi.l.qui nondum.vbi de hoc.Sed hereditate adita:⁊ rebus hereditarijs apprehensis mensura substantie subtiliter agnita non presumitur postea ignorare.vt.C.de rescin.vẽdi.l.quisquis quia in dubio presumitur quilibet diligens.vt.ff.de lega.ij.l.cum quidam.⁊.l.cum pater.§.rogo.⁊ de manumis.testamen.l.seruos.⁊ C.de inofficio.testamen.l.omnimodo. ¶ Queritur tertio in.§.illud quoꝙ.in glo.puta agitur.Nunquid annus continuus sit:Et respondetur ꝙ continuus est.vt in glo.nota.quia regulariter annus quilibet est continuus.nisi vtilis esse nominatim reperiatur.vt ff.de diuer.tempo.prescrip.l.j.⁊.C.de tempo.in integ.restitu.petẽ. l.j.⁊ dic vt notatur in dictis legibus. ¶ Queritur quarto in.§.necessitatem.in glos.Et hic annus. Sed quid si in vndecimo mense ⁊c.⁊ responde vt in glo.notatur.Et facit quod notatur.s.eo.§.siue ro institutio. ¶ Queritur quinto in.§.pupillis.in glo.scilicet ergo cucurrit.sed nunquid eliget quam viam prius volet.Et dic vt in glo.quia clara est.⁊ notatur.C.si tutor vel curator.l.etiam.ij. ¶ Queritur sexto quid si minor heredi maiori successit qui alteri heres extiterat.an minor ad penam huius legis teneatur.⁊ videtur ꝙ sic.quia ex contractu vel quasi defuncti tenetur nec restituitur.vt.ff.de minori.l.emilius.⁊ quibus ex causis in pos.ea.l.apud iulianum.§.fina. ¶ Tu dic ꝙ si maior cuius est heres admonitus fuit.tunc minori non restituitur.nisi annus in eius personam cucurrerit ⁊ ignorauerit.vt no.C.de iure emphiteotico.l.ij.⁊.ff.de verbo. obligatio.l.cum filius.§.in hac.Sin autem minor admonitus fuerit eo casu ad penam tenetur.sed duplici via iuuatur vt hic.⁊ dicto §.in hac.vbi de hoc. ¶ Queritur septimo quid si filiusfamilias minor vel maior est heres.⁊ pater est legitimus administrator ⁊ negligens.an filius sit restituendus.Et in penam incidat.⁊ est ar.hic ꝙ sic.sicut de tutore ⁊ curatore dicitur.⁊ est argu.C.de bo.que lib. l.fi.§.sin autẽ es alienũ.sed ar.est contra.C.de arma.excep.l.j.§.fi. ⁊ de bo.mater.l.j.in fi.⁊ aut.ibi posita.quibus dicitur ꝙ patris negligentia filio non nocet.Et prescriptio non currit filio in potestate manenti.Sed potes dicere ꝙ contra filium non currit prescriptio in casibus in quibus eum agere oportet. Sed in casibus in quibus eum facere oportet propter factũ aliquod qd̃ facere debet propter commodum quod recipit.tunc contra filiũ prescriptio currit:sed restitutiõe iuuatur.vt hic. Si vero est maior.eo casu patris factum ⁊ negligentia nocet filio.sed pater debet de sua substantia damnuz filio resarcire tenetur ⁊ cogetur.vt.C.de bonis que libe.l. cum oportet.§.fina.⁊.l.cum non solum.§.sin autem es alienum.

¶ Queritur octauo quid si minor est obligatus sub pena aliquid dare vel facere in diem ex pacto suo ⁊ conuentione an incidit in penam propter moram suam. Et est argu.hic ꝙ sic.econtra videtur ꝙ in penam non incidat.vt.ff.de distracti.pigno.l.si creditor.§.j.⁊.C. de sponsa.l.fi.versi.j.⁊.ff.de verbo.obligatio.l.cum filius.§.in hac. ⁊.ff.de arbi.l.iij.in princi.⁊.l.si pupillis.⁊.C.de administra.tuto. l.pupillorum.⁊.l.si tutoris.Respondeo ꝙ in penam incidit.sed restitutione iuuatur.vt hic cum concordan.vt supra dixi.

¶ Queritur nono ⁊ vltimo.quid innouat hec aut.iuri veteri ⁊ no

vos a. §. hinc nobis. vsq ad finem. Et respondeo q corrigit vetera iura que permittebant inuitis testatoribus falcidiam detrahi. vt. S. e. §. hinc nobis. cum concordan. et §. si vero expressim. Item in alio etiam vetera iura corrigit. quia si heres res hereditarias subtraxerit vel malignatus fuerit in eis falcidiam perdit. quod non erat in legibus veteribus. vt. S. e. §. sancimus. vbi de hoc. ¶ Item addit solennitatem inuentarij q legatarij et fideicommissarij vocentur. et q testes certo numero et fide adhibeantur. et de excusatione legatariorum et fideicommissariorum. Item addit q testator vires sui patrimonij presumitur ignorare. Item addit secundum quosdam q heres inuentarium conficiens legis beneficio vti potest. Item addit in. §. si expressim vers. aut si voluerit. q hereditate non adita eo casu quo testator precepit se nolle heredem retinere falcidiam legata et fideicommissa et alia in testamento relicta nihilominus valent vt plene ibi dixi. Item addit in. §. non autem casum in quo falcidia cessat. De quo dic vt ibi dixi. Item addit in. §. illud q lites ex vltima voluntate emergentes anni tempore limitantur. Item addit in. §. pupillis q minores ad penam legalem tenentur. Sed restitutione iuuantur. Item addit in. §. quia vero. q milites ad penam huius constitutionis tenentur. et in eorum testamentis falcidia locum habet. Et in his vetera iura corriguntur. vt ibi no.

¶ De non eligendo secundo nubentes mulieres.

¶ Rubrice continuatio in libro isto non cadit proprie quia liber iste non continet ordinem nec stilum aliorum librorum. Potest tamen aliqua continuatio sumi et sic. Superius dictum est de heredum inobedientia: obedientia et eorum successione. Sequitur videre de successione matrum: sumpta inde materia ex titulo precedenti.

¶ Hec rubrica tres habet partes. Prima est de electione prohibita. secunda est de alienatione lucri. tertia est de successione matris actiue. Prima pars expeditur vsq ad. §. hoc autem. secunda vsq ad. §. cum igitur. tertia vsq ad. §. aliud vero. Postea vsq ad finem deciduntur quedam dubia extra rubricam pertinentia ad materiam supradictam. s. lucri antenuptialis donationis. ¶ De non eligendo etc. Secundum glo. legitur tribus modis. Primo q ille dictiones. s. secundo nubentes mulieres sunt nominatiui casus. et eligendo conuertitur in verbum. Secundo q sunt accusatiui casus. et eligendo conuertitur in verbum. Tertio q sunt nominatiui casus. et eligendo stet proprie in gerundiuo. Et dic vt in glo. Et alienatione subaudi permissa et aliquando prohibita: et lucro: et p. i. lucri antenuptialis donationis.

Cante nos legislatoribus.

Et diuide constitutionem presentem breuiter in grosso in partes tres. Primo de lucro antenuptialis donationis et eius successione: electione: et alienatione. Secundo de successione matris in bonis filij. Tertio reditur ad primam. s. de lucro antenuptialis donationis. quemadmodum ad matrem pertineat. et de pactis lucrorum. secunda pars incipit in. §. cum igitur. tertia in. §. ante vero nuptiali. vel diuide particulariter et distincte in partes septem. Primo de matris successione in lucro antenuptialis donationis. et filiorum electione prohibita. Secundo de alienatione lucri a matre facta. Tertio extensio ad patrem. Quarto de successione matris in bonis filij. Quinto de pena secundo nubentium in lucro antenuptialis donationis. Sexto de ipsius lucri repetitione et eius solutione in matre secundo nubente. Septimo de pactis lucrorum muliere dotem non soluente. secunda pars incipit in. §. hoc autem. tertia in. §. quod vero. quarta in. §. cum igitur. quinta in. §. annup. vero. sexta l. §. aliud vero. septima l. §. illud quoque. ¶ Et ad euidentiorem intellectum subdiuido primam partem vsq ad. §. hoc autem in partes quattuor. Prio principalis intentio iustiniani condende huius constitutionis: et que materiam legis condende prebeant. Secundo thema et questio prima et allegatio filie. et allegatio matris. Tertio questio secunda emergens ex dicto themate. et circa eam allegatio. Vna pro matre. et tres rationes pro filia. Et postea tres alias rationes pro matre contra filiam. Quarto solutio questionis prime et electionis prohibitio. Secunda pars incipit in. §. gregoria. Tertia in. §. et non solum. quarta in. §. hec nos.

¶ Casus breuis in totali constitutione vsq ad finem tituli est. Mater secundo nubens filio non succedit in lucro antenuptialis donationis filia superstite. et matri non licet in eo lucro vnum ex filijs preeligere. talienatione lucri facta a matre postea nubente. secundo alienatio quandoque confirmatur in totum: quandoque pro parte his obtinentibus pariter in patre et matre. Et mater succedit filio in bonis eius vel nubat secundo vel non. Et in penam secundarum nuptiarum secundo nubens proprietatem donationis amittit vsufructu retento. Et si donatio consistit in immobilibus eas mater recipiet. Si in mobilibus cautionem exiget. nisi viri substantia eas habeat. his obtinentibus et permixtis rebus et pactis de lucrando appositis. mulier que de dote nil dedit. nil de donatione lucrabitur que partem dedit pro parte lucrabitur. quia equalitatis et iusticie sumus amatores. Vltimo precipit hanc constitutionem diuulgari.

¶ Casus breuis vsq ad. §. hoc autem. mater filio non succedit in lucro antenuptialis donationis. filia superstite: liberorum electione: matri prohibita in dicto lucro. et hoc vsq ad. §. hoc autem. ¶ Casus litteralis est. Justinianus principalem intentionem suam condende huius constitutionis premittit. dicens ad excusationem sui q principibus legislatoribus romanis legis condende occasionem dederunt emergentium causarum varietas: et legum antiquarum correctio. et subiectorum interpellatio. et iudicialium questionum decisio per sententiam diffinitiuam. Et hoc mouit nos ad presens negocium terminandum. quod tale est. ¶ Gregoria virum accepit: et dotem dedit. et ipse donationem propter nuptias fecit. pacto inter eos inito de lucranda dote in casum vtrumque. i. existentium filiorum: et non existentium. Et ex eo suscepit duos masculum et feminam. maritus postea decessit eis superstitibus et vxor lucrata est donationem ante nuptias. post ea filius matri fuit obediens: et ei bene seruiuit. et mater filio antenuptialem donationem contulit: et donauit. et filius postea decessit superstite: matre: et sorore. eo mortuo. mater non valens continere ad secundas peruenit nuptias. ¶ Ex hoc themate queritur: primo an mater vna cum sorore filio succedat in dicto lucro antenuptialis donationis et si quidem mater in primis nuptijs permansisset per legem antiquam et nouam filio pro parte dimidia successisset. Sed ad virum descendit secundum. vnde filia contra eam allegabat q mater per secundas nuptias donationis proprietatem amisit vsufructu retento. quia maritus et filius non cogitarunt eam ad secunda vota migrare velle: et si cogitassent donationem non reliquissent eidem. ¶ Econtra mater aduersus filiam allegabat antenuptialem donationem per immixtionem factam cum rebus filij donationis nomine: et non perdidisse. sed eam tanquam heredem pro dimidia debere venire. Deinde filia contra matrem mouet questionem secundam ex dicto themate dicens q mater ad hereditatem filij admitti non debet: etiam in alijs bonis. cum ad secundas nuptias peruenisset. Et de hoc multum dubitabatur. Et mater pro se primo allegabat q ad hereditatem filij cum sorore admitti debebat pro parte dimidia: lege antiqua et noua suadentibus. Econtra filia aduersus matrem allegabat a filij hereditate excludendam propter suas nuptias duabus constitutionibus id suadentibus. s. lex femine et l. mater. Et ad hoc adducebat rationem secundam dicens. Si mater ad secundas nuptias non peruenisset recte ei succederet. venientem vero ad virum secundum in totum priuari debet eius hereditate. ¶ Tertiam rationem etiam adducebat: dicendo si mater viuo filio nupsisset in bonis vndecunque quesitis succederet. Sed eo mortuo nupsit secundo. Et pro se adducebat dictas duas constitutiones. ¶ Econtra mater contra dictam filiam allegabat dicens dictas duas constitutiones crudeles fore principis clementiam implorando. vt eas corrigeret. ¶ Secundam etiam rationem adducebat dicens per constitutionem iustiniani matrem cum filia succedere debere: et eam constitutionem vltimam esse. et non corrigi a precedentibus legibus. s. femine: et mater. ¶ Tertiam etiam rationem annectebat dicendo dictam antenuptialem donationem filio donatam q ab intestato defunctus est. vnde ex renunciatione quadam potius recepisse videor q ex hereditate filij. ¶ Princeps auditis partium allegationibus. et diu prehabita deliberatione competenti deum et iustitiam habendo pre oculis profert sententiam pro filia dicens q mater ad secundas nuptias veniendo donationis proprietatem amisit vsufructu solo retento et premortua matre superstite filia vsufructus debet ad proprietatem redire. filia vero premortua ante matrem proprietatis lucrum ad matrem redire debet ex pacto non existentium liberorum reliquum vero ad filie heredes debet peruenire matri nulla licentia concedenda. alios quidem filiorum eligere. et alios extra honorem dimittere. quia omnibus simul per secundas nuptias fecit iniuriam. Et hoc dicit vsq ad. §. hoc autem. ¶ Litteram expone. vbi expositiones non assistunt glosarum. quos omnem partem. i. digestorum que diuisimus per partes septem vel dic. i. omnium digestorum diuisionem per partes septem legislationis. i. compositionis questionibus eas decidendo per nostras sententias diffinitiuas hinc. i. ex iudicialibus questionibus et subiectorum interpellationibus: et legum antiquarum correctionibus emergens. s. negocium. Gregoria igitur quia vult eam remunerare. sic enim eam. i. ante nuptialem donationem. aequasi hoc. l. hanc donationem ante nuptias quam filio donauit esse. s. nunc per mixtam facit. C. de inoffi. testa. l. si. ad si. et ei. s. matri. sex vnciarum. tanquam heredi. Et non solum reluctabatur dicens matrem ad filij successionem non admitti in bonis alijs cum post mortem eius nupserit. Ipsa esset domina in plena proprietate. licet filijs prioris matrimonij seruare deberet vt filia dicebat. et in hoc filia cum matre concordabat. quia in hoc. sibi preiudicium non generabat. rursus donationem. i. remunerationem lucrum antenuptialis donationis irrationabile. i. contra rationem et hereditatum. i. heredum successiones. ex honorare. i. extra honorem dimittere. quapropter. i. quia mater electionem non habet competit. quia vsufructus extinguitur. lucrum ex pacto. i. id quod pactum fuit cum viro de lucrando in casu non existentium

ftentium liberorum. ¶ Nota primo ꝙ quattuor sunt que legis cō
dende materiam prebuerunt. vt dixi in casus positione. ¶ Nota se
cundo ꝙ filiorum appellatione filia continetur. vt. ff. de verb. sign.
l. filij appellatione. ⁊ de testa. tu. l. si quis ita. in prin. ¶ Nota ter-
tio ꝙ homo moriens ab omnibus recedit. ¶ Nota quarto modū
allegandi pulcherrimum. ¶ Et nota ꝙ primo premittitur allega
tio actoris ⁊ postea rei. Et etiam nota ꝙ primo premittitur thema
⁊ questio prima. ⁊ allegationes pro vtraq; parte. ⁊ postea subditur
questio secunda. ⁊ allegationes ⁊ rationes vtriusq; partis. ad ipsā
questionem secundam. Deinde sequitur solutio questionis prime
primo. ¶ Nota quinto in. §. prosperimus ꝙ mater hodie non po
test eligere vnum vel aliquos filiorum in lucro antenuptialis dona
tionis. ¶ Nota sexto. ꝙ mater ad secundas nuptias veniens post
mortem filij proprietatem donationis perdit. ⁊ retinet vsumfructū
¶ Nota septimo ꝙ mater vsufructum amittit eisdem casib⁹ ⁊ mo
dis quib⁹ amittit quilibet vsufructuarius. ¶ Nota octauo ꝙ ma
ter non succedit filio in lucro antenuptialis donationis. ¶ Nota
nono ꝙ hinc sumitur aut. lucrum posita. C. de secundis nup. l. femi
ne. ¶ Opponitur primo ad. §. prosperimus. ꝙ mater licentiā ha
beat eligendi. vt. C. de secundis nuptijs. l. femine. circa principium
⁊ l. generalit. §. negocia. Solutio. hic corrigit. ⁊ facit infra de nup.
§. si vero expectet. ¶ Opponitur secundo. ꝙ mater filio succedere
debeat in bonis omnibus. vt. j. e. §. cum igitur. Solutio hic in do-
natione prohibetur. ibi in certis bonis permittitur. ¶ Opponi-
tur tertio hic innuitur in vers. si vero filia ꝙ duo pacta fuerunt ap
posita. primum de lucrando in casu existentium filiorum. Secundū
in casu non existentium. Sed cum primi pacti conditio semel exti-
tit. ⁊ secundi pacti defecerit non videtur ꝙ possit postea pactum se
cundum suum vigorem sortiri. vt. ff. de verbo. obliga. l. si ita quis. j.
⁊ de condi. institu. l. si plures. ⁊. ff. de manu. testa. l. si ita fuerit.
¶ Opponitur quarto ꝙ pactum secundum non possit postea reui
uiscere vllo modo: quia est factum in casu non existentium liberorū
⁊ secundum glo. vno ex liberis defuncto pactum secundum reuiui-
scit quod non videtur posse procedere. quia non est sine liberis. etiā
qui vnicum habet. vt. ff. de verbo. signi. l. non est sine liberis. ⁊. C. de
condi. inser. l. j. cum concordan. ¶ Opponitur quinto. aut pactū
est appositum in casum vnum tantum. ⁊ tunc ex illo solo potest sorti
ri effectum ⁊ non ex alio. vt. ff. de pactis. l. si vnus. §. non omnia. aut
in vtroq;. Et tunc pacta inter se sunt contraria. ⁊ ad positionē vni⁹
sequitur alterius destructio. ⁊ econtra. quia opposita duo non pos
sunt simul cadere in eodem subiecto. vt. ff. de verbo. signi. l. hec ver-
ba. ⁊ de instit. l. sed ⁊ si pupillus. §. si institoria. ergo pactū secundū
reuiuisci non potuit. Solutio ad dicta contraria. dic ꝙ hec iura sunt
magis voluntaria. ꝙ rationabilia. iuxta illud. Sic volo sic iubeo.
sit pro ratione voluntas. vt habetur ⁊ notatur. j. de nup. §. quoniā
infirmas alij dicunt ꝙ ibi est vna stipulatio: ⁊ dispositio sub cōditiōe
duabus conceptis. hic vero pacta sunt duo. hoc non est soluere. Sz
casuum diuersitatem assignare. Alij dicunt ꝙ mulier grauatur in
vno. quia per secūdas nuptias perdit donationē propter nuptias
releuatur in hoc vt reuiuiscatur secundum pactum. hoc nihil est. q2
grauatur culpa sua. ¶ Item non debet releuari contra ius ⁊ con-
tra formam pactorum ⁊ voluntatem paciscentium. ¶ Opponitur
sexto ꝙ etiam vno liberorum mortuo confirmetur donatio pro par
te ex virtute pacti secundi. vt dicto. §. quoniam infirmas. cum hic
dicatur. ⁊. j. proximo. §. hoc autē ꝙ solummodo omnibus filijs de
functis confirmatur: ⁊ habet locum pactum secundum. Solutio. il
la corrigit istam in hac parte. ¶ Opponitur septimo ꝙ siue mater
nubat secundo siue non semper proprietatem amittat ⁊ eam debeat
filijs seruare vt. j. neq; virum quod ex dote. §. j. Solutio illa corri-
git istam. ¶ Opponitur octauo. ꝙ mulier que non nubit pro viri
li parte admittatur ad proprietatem cum filijs. vt. j. vt fratrum filij
§. quia vero mulieres. Solutio illa corrigit omnes alias preceden
tes in ea parte. ¶ Et ad solutionem omnium contrariorum distin-
gue. vt hic in glo. habetur. quam distinctionem hic omitto scribere
quia glosa satis est clara. ⁊ ex contrariorum solutione eius patet in
tellectus. Et circa materiam presentem notari possunt iura quinq;
primo nanq; ius codicis. C. de secundis nup. l. femine. quo iure per
secundas nuptias proprietatem donationis amittebat. Sed libe-
ris tenebatur conseruare sm quosdam vt ibi notatur. Secundum
ius est ius huius tituli. ⁊ constitutionis sm quam per secundas nu
ptias proprietatem amittit. ⁊ omnibus filijs premortuis pactum
secundum vigorem assumit ⁊ non aliter vt hic. in. §. prosperimus. ⁊
in. §. hoc autem. Tertium ius est. j. de nuptijs. §. si vero expectet. ⁊
§. sequen. ⁊. §. quoniam infirmas. Et hoc tertium ius concordat cū
iure istius constitutionis. pro parte. quia hic ⁊ ibi per secundas nu
ptias proprietatē amittit. Sed discordat in parte. videlicet. quia
hoc exigitur vt pactum secundum possit reuiuiscere ꝙ omnes filij
moriantur. Sed ibi sufficit etiam ꝙ vnus sit mortuus. ¶ Quar-
tum ius est. j. nec virum quod ex dote. §. j. ⁊ illud ius corrigit om-
nia iura predicta. quia nubat mulier secundo vel non. proprietatē
seruat filijs. ¶ Quintum ius est infra. vt fratrum filij. §. quia vero
si mulieres colla. nona. Et corrigit pro parte omnia dicta iura. vi-
delicet ꝙ pro virili parte mater admittatur ad proprietatem cū fi
lijs si ad secundas nuptias non peruenerit. Et hoc ius vltimum te
nere debemus. Et nota ꝙ predicta omnia locum habent in dona-
tione propter nuptias.

Hoc autem Diuide in partes duas vsq; ad. §. cum igi
tur. Primo de alienatione lucri: ⁊ eius cō
firmatione ⁊ infirmatiōe. Secundo extensio ad patrē secunda pars
incipit in. §. Quia vero. ¶ Casus breuis. alienatione facta a ma-
tre de lucro antenuptialis donationis ea secundo nubente est in su
spenso. ⁊ ea premoriente superstitibus filijs euacuatur in totum. fi
lijs vero ante matrem premortuis extantibus eorum liberis cōfir-
matur non in totum sed ex pacto non existentium filiorū. Alias si
filijs ipsa successerit in totum alienatio confirmatur in totū his ob
tinentibus pariter. in patre ⁊ matre. ¶ Casus litteralis. Grego-
ria nuptias contraxit cū aliquo nobili viro ⁊ dotem ei dedit. ⁊ ma
ritus donationem ante nuptias ei fecit ⁊ pacti sunt adinuicem de
lucrando in casu existentium liberorum ī totum. ⁊ in casu non exi-
stentium liberorum tertiam partem tantū. Et ex eo suscepit filios
Et postea decessit maritus eis superstitibus. ⁊ sic mater lucrifecit
donationem in totum. ⁊ eam donationem alienauit. demum ad ma
ritum venit. Secundum hoc est thema. Et queritur de themate an
alienatio euacuetur: ⁊ rescindatur in totum. Et respondeo ꝙ non.
Sed est in suspenso. Et quidē si mater premoriatur superstitibus
filijs alienatio euacuatur in totum. quia mater per secundas nup-
tias proprietatem amisit. Si vero premoriantur omnes filij ante
matrem: alienatio non confirmatur in totum sed secundum pactum
non existentium liberorum residuum ad filiorum liberos peruenī-
re debet. Sed si mater sola filijs successerit alienatio confirmat in
totum. his omnibus obtinentibus pariter in patre ⁊ matre. ⁊ hoc
dicit. Hoc autem quod fit. idest contingit huic legi. idest materie ī
superiori parte huius. l. posite. Et nec hoc. idest nec hec alienatio
superstes filij omnes vel saltem vnus. omnino. idest in totū in lesio
¶ Queritur octauo quid si duo vel plures sunt heredes dbitoris vel fideiussoris. ⁊ vnus ex heredibus possidet insoliduꝫ res a debitore pignoratas an creditorem oportean prius agere personalib⁹ contra omnes heredes ꝙ̄ hypothecaria contra pignorum possessorem. Rn̄deo ꝙ in electione est creditoris qua actione agere velit. vt in ver. contra principales. ⁊ hoc habet locum si creditor cum cōuenire velit ratione partis debiti eum contingentis. Sed si ratione partium debiti coheredum: tunc oportet prius agere personalibus aduersus coheredes pro quorum partibus agere vult. quia es alienum ipso iure diuisum est pro portione hereditaria. licet hypothecaria competat insolidum. vt. C. si vnus ex plu. hered. debi. l. j. ⁊ ij. ⁊ de heredi. actio. l. pro hereditarijs. ⁊ cōmunia de leg. l. i. circa fi.

¶ Queritur nono quid si extraneus possidet res dbitoris eo mortuo: nunquid creditorem oportet prius agere personalibus contra omnes heredes ꝙ̄ hypothecaria contra extraneum pignorum possessorem. Et videtur ꝙ sic. sicut in reo ⁊ fideiussoribus dicitur. vt in princi. huius. §. sed neq̧. ⁊ hoc in versic. ⁊ in ipsis principalibus. Tu dic ꝙ non quia vt dixi es alienum diuisum est. vt. C. fami. hercisc. l. ea vero. ⁊ l. licet. ⁊ ideo sufficit si actum est personali contra vnum heredem. quia tunc hypothecaria competit insolidum ratione partis debiti heredis conuenti. nisi possessor debitum ab herede excusso soluerit. Nam eo casu creditorem oportebit excussioneꝫ facere contra alios coheredes si ratione partium eorum velit agere hypothecaria. Non obstat. §. sed neq̧. quia loquitur de his quorum quilibet tenetur insolidum. Item non obstat iste ver. ⁊ in ipsis principalibus quia loquitur quando vnus est heres vel quādo creditor agere vult ratione totius debiti. ⁊ partium omnium coheredum. ¶ Queritur decimo quid si debitor est seruus vel pupillus qui naturaliter tantum tenetur: nunquid creditoreꝫ oportet prius agere personalibus contra reum. Respondeo non. vt institu. quib⁹ modis tolli. obliga. §. preterea. Et quia casus ⁊c. ff. ad velle. l. aliquando. §. fi. ¶ Queritur vndecimo an exceptio prelationis sit dilatoria vel peremptoria. Et videtur ꝙ ꝑemptoria. quia perimit id sup quo opponitur. si debitor est soluendo vel fideiussores. vt insti. de excepti. §. perpetue. Et econtra videtur ꝙ dilatoria. si reus vel fideiussor non sit soluendo. vt institu. de exceptio. §. temporales. ⁊ de fideiusso. §. si plures. Sed credo eam dilatoriam. cū sit exceptio ordinis. vt. ff. de adulte. l. j. §. extraneus. ⁊. l. si maritus. §. prescriptiones. ⁊ de euictio. l. si mancipium. §. j. ⁊ facit quod notatur in dicto. §. si plures. ¶ Queritur duodecimo quid si fideiussor absente reo conuentus est. ⁊ lite contestata reus rediit an fideiussor habet exceptionem. Jaco. de rauē. tenet ꝙ sic. quia q̄ de nouo ⁊c. vt. ff. de interroga. actio. l. de eta. §. ex causa. ⁊ de arbi. l. non distinguemus §. cum quidam. Petrus contra. vt. ff. de excu. tu. l. iij. §. numerum. ⁊. j. vt cum de appel. cogno. §. fi. Tu dic idem ꝙ Jacobus ꝑ alias leges. vt. ff. so. ma. l. si mulier diuerterit ⁊ rerum amo. l. fi. ⁊ de vaca. mu. l. penul. §. fi.

Quod autem de cetero.

Diuide in septem partes vsq̧ ad finem titu. Primo consulitur creditori in rerum immobilium acceptione insolutum. Secundo in earum estimatione ⁊ cautela. Tertio in electione rerum. Quarto in precedentium. Quinto consulitur in venditione immobilium emptore inuento. Sexto consulitur contra argentarios. Septimo diuulgatio. Et hoc vsq̧ ad finem tituli. Secunda pars incipit in versi. sed si nec. Tertia in versic. rerum vero. Quarta in versi. sed hec quidem. Quinta in versic. si itaq̧. Sexta in. §. argentariorum Septima in. §. que igitur.

¶ Casus breuis. Creditor qui a debitore debitum recipere non valet compellitur insolutum res eius immobiles meliores recipere. subtili earum estimatione facta omni pro euictione prebita cautela quam debitori possibile est prestare emptore nullo apparente. Argentariorum sponsionibus in suo statu manentibus. vltimo precipit diuulgari. Et hoc dicit vsq̧ ad finem tituli. ¶. Casus litteralis. Creditor aurum mutuo dedit. nec aurum a debitore recipere potest quia non habet. nec habet etiam mobilia ex quibus aurum possit inueniri ⁊ debituꝫ soluere. Creditor compellendus est si vult ad sibi debitum peruenire res eius immobiles insolutum recipere earum estimatione subtiliter facta. omni cautela pro euictione prestita quaꝫ debitori possibile est prestare. Re meliori creditori insolutum data rationibus pluribus hoc comprobantibus. nisi creditor emptorem adinuenerit. quia tunc debitor ei vendere compelletur. ⁊ creditorem intelligimus ex omni contractu ⁊ actione ⁊ re argentariorum sponsionibus in suo statu durantibus. vltimo precipit diuulgari. Quod autem de cetero substantie credens. i. credēs substātiā debitoris ydoneam ad aurum reddēdum: Idoneus quia aurum

aurum non habet. Sed si adsit. i. nedum creditor non vult accipere. sed nec emptor invenitur. credente scilicet creditore adire. i. ad emptionem accedere secundum quantitatem. i. pro quantitate debiti si eam valet possessionem immobilem insolutum portari. i. mobilium. Sed hic respondet tacite questioni. ⁊ rationes annectit ⁊ subaudi. s. dicta n. §. Quod autem huiusque ad hoc. i. ad harum immobilium insolutum acceptionem cedere. i. cessionem bonorum facere. dari alis duri. Et si habes duri punctabis post dictionem apparebimus. Si itaque. i. quia emptore non comparente compellitur creditor insolutum recipere vendique. i. vt creditores magis sint securi. actiones quascunque ⁊ ex quocunque contractu ⁊ responsionibus pro debitoribus privatis: vel aliis argentariis factis moderno. i. nouo. C. s. vt creditoris sit electio. ¶ Nota primo ꝙ lex humanis debet auxiliari curis. ¶ Nota secundo ꝙ princeps debet erga subditos clementiam exhibere. ¶ Nota tertio ꝙ regulariter creditor non compellitur recipere aliud pro alio. ¶ Nota quarto ꝙ debitor primo compellitur res mobiles vendere. ¶ Nota quinto ꝙ hoc habet locum quod hic dicitur cum debitor debitum confitetur. ¶ Nota sexto ꝙ in confitentem preceptum debet fieri de soluendo. vt. ff. de iudi. l. si debitori. ¶ Nota septimo ꝙ preceptum debet fieri ꝙ vendat res mobiles ⁊ immobiles. ¶ Nota octauo ꝙ debitor in re sua non est arbiter ⁊ moderator. ¶ Nota nono ꝙ creditor: si debitor soluere non potest que debet compellitur inuitus res mobiles insolutum accipere. ¶ Nota decimo ꝙ rei estimatio fit subtiliter.

¶ Nota vndecimo casum in quo fideiussor pro euictione dandus est. ¶ Nota duodecimo ꝙ res melior datur insolutum. ¶ Nota decimotertio in versi. sed hoc quidem ꝙ minus malum de duobus est eligendum. sic. xiii. dist. duo mala. ¶ Nota decimoquarto quotiens nihil sine captione ⁊c. ff. de regu. iur. l. quotiens nihil. ¶ Nota decimoquinto ꝙ vitare debemus debitoris iniuriam ⁊ acerbitatem. ¶ Nota decimosexto ꝙ creditoribus acerbi ⁊ duri esse non debemus. ¶ Nota decimoseptimo ꝙ eligere debemus viam leuiorem. ¶ Nota decimooctauo ꝙ debitor compellitur inuitus rem suam vendere. ¶ Nota decimonono ꝙ in argentariis nihil est innouatum de iure veteri. ¶ Nota vigesimo ꝙ ex. §. quod autem vsque ad. §. argentariorum sumitur auth. hec mulier posita. super. l. ei a quo. C. de so. ¶ Opponitur primo ꝙ creditor cogendus non sit aliud pro alio recipere. ff. si cer. peta. l. ii. §. i. ⁊. C. de solutio. l. eum a quo. Solu. ibi regulare hic casuale. ¶ Opponitur secundo ꝙ creditor estimationem auri cogendus sit recipere. vt. C. de donatio. l. si quis argentum in princi. Solu. vt ibi notatur. ¶ Opponitur tertio ꝙ creditor rem immobilem insolutum non debeat recipere pro vera estimatione. Sed pro quantitate que ei debetur. vt. ff. de re iudi. l. a diuo pio. §. i. Solu. hic debitor confitetur: ibi negat. Item hic ante sententiam. ibi post. ¶ Opponitur quarto ꝙ venditio fieri non debeat sic leuiter. vt. C. de iure do. impe. l. fina. Solu. hic certum est ꝙ debitor soluere non potest ibi dubitabatur. Item ibi creditor vendere vult. hic vero consentit debitori vendenti. ¶ Opponitur quinto ꝙ insolutum datio fieri non debeat nisi post diffinitiuam sententiam. vt dicta. l. a diuo. §. i. ⁊. C. de bo. auc. iudi. possi. l. pro debito. ⁊. l. cum proponas. ⁊. l. fina. Solu. hic debitor negat: ibi confitetur. ¶ Opponitur sexto ꝙ creditori primo sit consulendum per missionem in possessionem. vt dicta. l. cum proponas. ⁊. d. l. fin. Solu. ibi debitor est absens: hic presens. Item ibi negat. hic confitetur. ¶ Opponitur septimo ꝙ fideiussor pro euictione non detur. vt. ff. de euictio. l. illud. Solu. hic est speciale vt hic ⁊ ibi nota. ¶ Opponitur octauo ꝙ res melior non detur insolutum. vt. i. de ali. ⁊ emphi. §. quod autem. Solu. vt hic notatur in gl. ⁊ in auth. hoc ius porrectum. ¶ Opponitur nono ꝙ res mediocris dari debeat vt. ff. de lega. i. l. legato. ⁊. C. communia de leg. l. fina. §. sed ⁊ si quis. Solu. ibi legatum est fauorabile. hic autem insolutum datio est odiosa creditori. Item hic creditor grauatur in vno. ibi legatarius in nullo. Et qui grauatur in vno ⁊c. vt. i. de trien. ⁊ semis. §. studium quoque. ¶ Opponitur decimo ꝙ debitor non sit cogendus rem vendere. vt. l. nec emere. C. de iure deliberan. So. vt in glo. ¶ Opponitur vndecimo. ꝙ in re sua quilibet debeat esse arbiter ⁊ moderator. vt. C. de iudeis. l. nemo. ⁊ manda. l. in re mandata. Solu. hic est speciale. vel dic ibi nemini posset preiudicium generari. hic sic. ¶ Opponitur duodecimo ad. §. argentariorum. vt. s. eo. §. i. ⁊. §. sed neque. Solu. hic est speciale in argentariis propter vtilitatem contractuum. ¶ Queritur primo an quod dicitur in. §. quod autem locum habeat etiam cum debitor negat ⁊ condemnatur ⁊ creditor res eius accipit insolutum vt a debitore creditori fideiussor dari debeat. Respondeo si emptor non inueniebatur nec debitor soluere vult credo ꝙ fideiussor dandus sit per locum a minori. quia si id de quo minus videtur inesse ⁊c. Sed minus videretur fideiussor dandus cum debitor confitetur ⁊ soluere non potest. Multo ergo magis cum debitor negat ⁊ soluere recusat. nec potest creditor alia via sibi debitum accipere. ¶ Queritur secundo quid si creditor ad secundum decretum processerit in rebus immobilibus debitoris eo absente cum ex mobilibus ei solui non possit an fideiussor dandus erit a debitore. Respondeo vt supra proxime dixi. ¶ Queritur tertio an renunciari possit beneficio huius constitutionis per pactum. Et credo ꝙ non. quia pactum est turpe. ⁊ contra humanitatem ⁊ caritatem cum debitor bonis cedere possit ne in carcere detrudatur: ⁊ cum soluere non possit ⁊ cum bona omnia dimittat ⁊ pacisci videatur ꝙ iniurias patiatur. ⁊ ꝙ creditor sit ei acerbus ⁊ durus. vt hoc. §. in ver. sed hoc quidem. ⁊ ideo pactum valere non debet. vt. ff. solu. matrimo. l. alis §. eleganter. ⁊. ff. de pactis. l. iurisgentium. §. si paciscar. ⁊. l. si vnus. §. pacta que turpem. Et de hoc solet notari a doctoribus modernis in dicta auth. hoc nisi.

¶ De monachis. Rubrica.

¶ Hec potest aliqualiter ad precedentis continuari hoc modo. supra vt determinatus sit numerus clericorum. §. illud quoque habita est mentio de monachis ⁊ monasteriis. Sumpta inde materia ⁊ occasione sequitur in genere de monachis.

Conuersationis. Titulus iste diuidi potest in partes septem. Primo exordium. Secundo de edificatione monasterii. Tertio de ordinatione monachi. Quarto de vita monachali. Quinto de effectu monachationis. Sexto de ordinatione abbatis. Septimo extensio precedentium ⁊ diuulgatio. ⁊ pene impositio contra facientibus. Secunda pars incipit in. §. illud. Tertia i. §. hinc autem nobis. Quarta in. §. cogitandum. Quinta in. §. si quis autem semel. Sexta in §. ordinatione. Septima ⁊ vltima in. §. quecunque vsque ad finem.

¶ Lectionem presentem vsque ad. §. si quis autem semel diuide in partes sex. Primo exordium. secundo de edificatione monasterii. tertio de ordinatione monachi nulla ei questione interim mota. quarto de quadam questione mota. quinto de fuga monachi. sexto de vita monachali. Secunda pars incipit in. §. illud. Tertia pars in. §. hinc autem. Quarta in. §. si vero intra. Quinta in. §. si vero seruitii. Sexta in. §. cogitandum. ¶ Casus breuis. vita monachalis purgat a peccato ⁊ monasterium edificari debet autoritate episcopi cum orationibus ⁊ cruce. Et monachus post triennium est ordinandus si vite probabilis esse reperiatur nulla interim ei mota questione aliter non nisi fuerit absolutus. Monacho autem monasterium relinquente reddendus est domino cum rebus ⁊ monachi simul debent degere nisi heremite esse velint. Et hoc dicit vsque ad. §. si quis autem semel.

¶ Conuersationis monachalis. facit de consecra. distin. v. c. nunquam. ⁊. c. sequen. dovit deus. i. sic deus commendat maculam. ergo ⁊ penitentiam quam tenebatur finire. ⁊ dic. vt. xxxiii. q. ii. c. Admonere. ⁊ extra de voto ⁊ voti redemp. c. scripture. detergat. facit extra de filiis presbyterorum. c. i. ⁊ fi. Si quis igitur. i. quia purgat a peccato. Credimus igitur quia a peccato purgatur ⁊ diuinis eloquiis debet esse eruditus extra quod competit. i. extra monasticham fortunam. Illud igitur. i. quia de monachis est tractandum. salutis signum facit de consecra. distinc. i. c. nemo. sicque. i. cum orationibus ⁊ cruce. hinc autem omnes enim facit dist. viii. c. quo iure. ⁊ de conse. dist. iiii. c. nequaquam. Sancimus igitur. i. quia de ordinatione monachorum videndum est. Vite singularis. i. ingrediendi monasterium ⁊ experimento professionem faciendo ⁊ seculo renunciando. vt. i. eo. §. illud quoque. ⁊. §. si vero relinquens. ⁊ facit extra qui cler. vel vouen. c. iii. ⁊ penul. in fine. vbi de hoc. Tolerantiam. i. perseuerantiam ⁊ obedientiam. ⁊ facit. vii. q. i. c. suggestum. honestatem facit. xlvii. di. quantumlibet vigilet. magno animo. facit. vii. q. i. c. scias. Si vero intra quispiam. i. dominus probare. s. dominum venerit. s. ociose ostenditur. s. dominus labitur ad delicta. facit. xii. q. i. c. ii. ⁊ xx. q. iii. c. ii. ⁊. ff. solu. matrimo. l. si constante. §. si maritus. ⁊. s. de non eligendo. §. cum igitur. ⁊. i. de nup. §. mitiores. Nam res pene contra naturam est vt sine peccato aliquis sit. xxv. dist. c. vnum orarium. ⁊ de peni. dist. ii. c. Huius caute in si. cogitandum. facit. xii. q. ii. c. ii. cum sequen. prophetie. i. diuine scripture sub ditione. i. sub iurisdictione. diuisos. i. separatos ab alterutris. i. ab inuicem esse. i. degere apud semetipsos. i. quilibet per se alterutri. i. coram abbate vnus alium incusando. vel testimonium aduersus alium perhibendo. quiescentes forte propter infirmitatem vel senectutem. ad meliores. i. ad meliorem viam. facit. ii. q. vii. c. paulus dicit. ⁊. xxii. dist. c. de constantinopolitana. vbi de hoc. Obedientes ergo monachi non habent liberum arbitrium. vt hic. ⁊. xii. q. i. c. non dicatis. ⁊ facit. viii. q. ii. c. in scripturis. circa finem. ¶ Nota primo ꝙ vita monachalis debet esse honesta. ¶ Nota secundo ꝙ ipsa purgat a peccato. ¶ Nota tertio ꝙ facit hominem purum ⁊ operantem rationabili nature decentia. ¶ Nota quarto ꝙ signum crucis pre ceteris est venerandum ⁊ adorandum. ¶ Nota quinto ꝙ que bono inchoata sunt principio optimo exitu peraguntur. Et econtra que malo inchoata sunt

principio vix est vt bono peragantur exitu. vt. j. q. j. c. principatus.
τ. c. seq. τ. j. vt iudices sine quoquo suffragio. §. cogitatio. τ. §. seq.
Argu. contra. j. q. j. c. nunquam. §. fi. Solu. vt ibi patet in littera.
¶ Nota sexto in. §. hinc autem ꝙ apud deum non est acceptio per
sonarum. ¶ Nota septimo ꝙ ex experientia percipitur tolerantia
τ honestas. ¶ Nota octauo ꝙ non est facilis hominuȝ mutatio τc.
¶ Nota nono ꝙ id quod operatur lex multomagis diuina gratia.
¶ Nota decimo in. §. si vero intra ꝙ zosimus abbas prope cen
tum τ viginti annos vixit. Et nota dictionem prope ꝙ facit ad te
stes qui dicunt prope viginti annos vel circa ꝙ referatur ad modi
cam quātitatem. τ facit. ff. de origi. iuris. l. ij. §. exactis ibi. id ꝙ p̄
pe viginti annis. ¶ Nota vndecimo ꝙ iusiurandum prestandū est
ꝙ dominus seruum non offendet. ¶ Nota duodecimo in. §. si vero
his ꝙ monachus debet esse mitis τ honestus τ testimonium habe
re aliorum. ¶ Nota decimotertio ꝙ humana natura quodammo
do labitur ad delicta. ¶ Nota decimoquarto in. §. si vero seruitij
ꝙ qui fugit bonum non debet indignari si patiatur malum.
¶ Nota decimoquinto ꝙ iniuriam non patitur qui intulit maio
rem. ¶ Nota decimosexto ꝙ ex. §. hinc autē nobis vsq; ad. §. si ve
ro seruitij sumitur aut. nam τ si legitimis posita super. l. seruis
C. de episco. τ cleri. ¶ Nota decimoseptimo in. §. cogitandum ꝙ
monachi debent simul τ non diuisim degere. ¶ Nota decimoocta
uo ꝙ in communi ad inuicem sunt testes. ¶ Nota decimonono ꝙ
sanctior conuersatio iuuentutis est educatio perfecta. ¶ Nota
vigesimo ꝙ monachus est sub obedientia abbatis. ¶ Opponitur
primo ꝙ vita monachalis ac etiam penitentia non purget a pecca
to. vt extra de hereti. c. accusatus. τ. xij. q. j. infames. τ. xxv. distinc.
c. j. τ extra de testi. c. testimonium. Solu. hic loquitur quo ad deum
τ penam eternam. ibi quo ad mundum τ penam temporalem τ vin
dictam publicam. Et dic vt notatur. C. de nup. l. imperialis. §. 1. τ
ff. de testi. l. iij. §. iulia. τ dicto. c. testimonium. τ. xxxiij. q. ij. c. admo
nere. τ. vi. q. j. c. ij. τ. c. seq. τ. l. distin. ferrum. τ extra de diuor. c. pen.
τ de aposta. c. ij. ¶ Opponitur secundo ad. §. hinc autem ꝙ perso
narum acceptio τ differentia esse debeat. vt. xxij. distin. c. de cōstan
tinopolitana. τ de consecratio. disti. iiij. c. cum enim. τ. lxxxix. disti.
c. ad hoc. τ extra de maio. τ obedien. c. statuimus. Solu. vt notatur
in dicto. c. de constantinopolitana. τ dicto. c. statuimus. τ dic vt no
taui decima collatione de natu. feu. c. j. τ facit. xxiij. q. iiij. c. sicut ex
cellentiam. vbi dicitur ꝙ apud deum non est gradus excellentior.
¶ Opponitur tertio ad idem. vt. ff. de postu. l. j. in princi. Sol. vt
ibi notatur. ¶ Opponitur quarto ad. §. sancimus ꝙ monachus
statim non expectato triennio possit ordinari. τ ei imponi cuculla.
vt. j. de sanctis. epis. §. si quis autem ad monasticham. τ. j. c. §. illud.
τ. §. si vero relinquens. Solu. vt hic notatur in glo. que incipit hec
si dubia τ facit. liiij. disti. c. j. τ. xvij. q. ij. c. j. τ extra de regularibus τ
trans. ad religio. c. ad apostolicam. ¶ Opponitur quinto ꝙ anni tem
pore τ non triennij debeat expectari. vt extra de regula. c. j. τ. ij. lib.
vi. Solu. hic de iure ciuili. ibi de iure canonico quod corrigit hoc
ius τ cetera iura. ¶ Opponitur sexto ꝙ dominus non cogatur p̄
bare sed seruus. τ tamen hic contrarium dicitur in. §. si vero intra.
vnde obuiare videtur. C. vbi causa status. l. j. τ. ff. de lib. cau. l. libe
ris. §. fi. Solu. dic ꝙ hic seruus erat in possessione libertatis.
¶ Opponitur septimo ꝙ ei prodesse non debeat cum sit in dolo.
vt. C. de proba. l. ius eius. τ. ff. de libera. causa. l. quod autē. Solu.
hic est speciale fauore religionis. Nam summa ratio est que pro re
ligione facit. vt. ff. de religi. l. sunt persone. ¶ Opponitur octauo
ꝙ statim domino sit reddendus. vt. C. de his qui ad ecclesias cōfu.
l. presenti. §. fi. So. ibi statim ad monasterium fugit. hic vero ociose.
Et dic vt notatur per Innocen. extra de seruis non ordi. c. ij. vel dic
ibi fugit animo malo. hic bono. ¶ Opponitur nono ad. §. si vero
his ꝙ humana natura non sit labilis ad delicta. quia homo natura
a deo creatus post baptismum est bonus. vt extra de summa tri. τ fi.
catholi. c. j. §. diabolus vbi de hoc. ergo quilibet homo presumen
dus est bonus. Item omnis creatura in suo modo bona τ verax di
citur esse. vt de peniten. di. iij. c. principium. in fi. ergo τc. Pretere
a deus est natura naturans. sed homo est natura naturata seu crea
ta a deo. vt habetur τ notatur. ff. si cer. peta. l. respiciendum. τ insti.
de verbo. oblig. §. conditiones. ergo ratione tam perfectissimi au
toris presumendus est quilibet bonus. argu. j. de defen. ciui. §. quo
vero. τ. ff. de eden. l. si quis ex. §. j. τ. j. de referē. §. penul. τ. ff. de edil.
edicto. l. ꝙ si nolit. §. qui mancipia. Preterea sm naturam quilibet
presumitur bonus. τ bone fidei τ innocēs. vt extra de serui. c. j. τ. C.
de inofficio. testamē. l. omnimodo. τ de euictio. l. penul. τ. ff. de pe. l.
absentem. in princi. τ. C. de dolo. l. dolum. Solu. plene dic vt nota
ui. dicta. l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. ¶ Opponitur de
cimo ꝙ probari non possit eum seruum. cum constet esse liberum.
Solutio probatur eum fuisse prius seruum. ¶ Opponitur vnde
cimo ad. §. si vero seruitij ꝙ monachus fugiens non sit reddendus
domino cum tam liber factus sit per monachationem. Solu. tāquā
ingratus reducitur ad seruitutē quod fieri pōt. vt. C. de lib. τ eoruȝ
libe. l. secūda. ¶ Opponitur duodecimo ꝙ curie reddendus sit. vt
j. eo. §. si vero relinquens. τ. j. de sancti. episc. §. sed neq; curialem.
Solu. ibi fuit curialis prius. ¶ Opponitur decimotertio ꝙ in
aliud monasterium sit mittendus τ res remaneant apud primū mo
nasterium. τ postea queste transferantur ad scdm monasterium. vt
j. eo. §. si quis autem semel. τ. j. de sanctis. epis. §. si monachus. So.
ibi fuit liber prius hic seruus. ¶ Opponitur decimoquarto. vt ex
tra de condi. appo. in despon. c. ij. vbi dicitur ꝙ propter fugam non
est reddendus domino. nec ad seruitutem redigendus. Sed in mo
nasterio retinendus. Solu. ibi voluntate domini factus est mona
chus hic contra voluntatem eius vel dic vt ibi notatur. ¶ Oppo
nitur decimoquinto ad. §. cogitandum ꝙ non licet monacho alte
rum monachum accusare. Sed inter se τ eum debet corrigere. vt. ij.
q. j. si peccauerit. τ. v. q. v. qui ambulat. τ extra de testib⁹. c. in omni.
Solu. bono zelo τ ex charitate permissuȝ est accusare vt hic. τ. j. de
non alienan. §. penulti. Sed coram omnibus accusare vel animo se
vlciscendi non est permissum. Nam primum charitatis scdm impie
tatis est officium. Vel dic sm quosdam ꝙ deo est permissum vt hic
non abbati vt ibi quod non placet. vt hic notatur.
¶ Opponitur decimosexto ꝙ pmittendum non sit alicui ꝙ solus
sit τ heremita sit quia ve soli cum ceciderit non habebit subleuantē
se τ timor est ne perniciosa passio vel quelibet coram inualitudo oc
currat que aut corpus subito rui faciat: aut mētem alienatione vel
errore confundat. vt de consecra. di. j. c. vt illud. ¶ Sol. hic loqui
mur de vita contemplatiua. ibi de actiua. vel dic ꝙ vita contempla
tiua est magis secura. vt hic. sed periculosa est si ceciderit vt ibi. τ ex
tra de renun. Nisi cum pridem. τ. ij. q. vij. sancta quippe. ¶ Oppo
nitur decimoseptimo ad idem quia sm apostoluȝ. Nos oportet ha
bere testimonium bonum vel ab his que foris sunt. vt de consc. di.
j. c. iubemus. ¶ Solutio ibi de vita actiua: hic de contemplatiua.
vel dic ibi loquitur cum possumus proximo prodesse quod contin
git dum sumus in vita actiua hic cum non possumus prodesse quod
accidit cum stamus in vita contemplatiua. τ dic vt notatur. xj. q. iij.
c. senti. de augustino. ¶ Opponitur decimooctauo ꝙ monachi co
ertio siue correctio non spectat ad abbatem. sicut hic dicitur sed ad
episcopum. vt. xviij. q. ij. c. hec tantum. Solu. si ordine iuris accuse
tur spectat ad episcopum vt ibi. Si vero non in forma iuris spectat
ad abbatem. vt hic. τ extra de appella. reprehensibilis. vbi de hoc.
vel dic hic non dicitur coram quo testis esse debeat. τ sm hoc nō est
contra τ intelliges cum dicta distinctione. vel dic hic loquitur de
testimonio τ non de accusatione. ¶ Argumentum est in. §. si vero
intra. in fi. ꝙ maritus repetens vxorem iurare debeat ꝙ eam nō le
det. sic. C. de his qui ad eccle. confu. l. fi. §. sane. τ extra vt lite non cō
testa. c. j. vbi de hoc. ¶ Queritur primo an vita monachalis ingra
titudinem filij deleat. Et videtur ꝙ sic. quia purgat omnem macu
lam. Tu dic sm glo. ꝙ non. quia purgat a peccato quo ad deuȝ. sed
non a vindicta publica τ pena delicti siue ingratitudinis. vt. τ. j. eo.
§. si vero intra. in fi. τ sic dixi τ hoc de iure ciuili. Sed contrarium te
neas de iure canonico. vt. xx. q. vltima. c. non liceat. ¶ Queritur
secūdo an filius efficiatur ingratus quia monasteriuȝ intrauit. Re
spondeo non. vt. j. de sanctis. epis. §. nullam. τ. §. interdicimus. τ. C.
de episco. τ cleri. l. fina. §. hoc etiam τ dicto. c. non liceat.
¶ Queritur tertio an monasterium infamiam iuris vel facti de
leat τ videtur ꝙ sic. quia purgat omnem maculam. vt hic τ infamia
est macula. vt. C. de his qui not. infami. l. penultima. Tu dic ꝙ non
vt supra dixi. τ facit. C. de generali abolitione. l. indulgentia.
¶ Queritur quarto an monachus capite minutus esse dicatur.
Respondeo ꝙ sic. quia statum mutat. vt hic. τ. j. eodē. §. sancimus
τ facit institu. de capitu. diminu. in princi. τ. ff. de capi. diminu. l. ij.
¶ Queritur quinto an actiones monacho τ contra eum compe
tentes extinguantur τ postea restituantur ex edicto de capitis di
minutione. vt. ff. de capi. diminu. l. ij. Respondeo vt in glos. τ satis
clara est. τ dic vt notaui. j. c. §. illud quoq;. ¶ Queritur sexto in. §.
sancimus. in glo. vt. C. nunquid monasterium precium serui mona
chi facti domino reddere cogatur. Respondeo vt in glo. que clara
est. Preterea diuina gratia libertatem largitur τ ex pietate. ergo
precium nullum peti potest. argumē. j. de ecclesia. titu. §. Si autem
heres. τ. ff. de heredibus τ falcidia. §. si vero expressim. ¶ Queri
tur septimo in. §. cogitandum vero in glo. que incipit nudo verbo.
nunqd in iudicio monachus possit esse testis. τ respondeo vt in glo
sa que satis clara est. ¶ Queritur octauo nunquid monachus pro
monasterio vel contra monasterium possit ferre testimonium. Et
sm glos. videtur ꝙ non. vt. ff. de in ius voca. l. sed τ si. §. qui manu
mittitur. τ de rerum diui. l. in tantum. §. vniuersitatis. τ quod cuiuf
q; vniuer. l. sicut. Sed caue tibi quia glosa alibi. l. istas allegat in
contrarium. videlicet ꝙ monachus possit esse testis per dictas. ll.
vt notatur. ff. de testibus. l. idonei. Sed videndum est que glo. me
lius dicat. Credo indubitanter ꝙ glosa que est in lege idonei. me
lius dicat τ allego sic. quod est vniuersitatis non est singulorum. er
go singuli τ singulares persone vniuersitatis sunt extranee ab vni
uersitate,

uersitate. igitur vt quilibet admittendi sunt ad testimonium.

¶ Sed videtur ꝙ glo. ista posset sustineri ⁊ sic. Nam seruus vniuersitatis vel libertus nō est singulorum sed vniuersitatis. ergo participat cum vniuersitate ⁊ torquetur ⁊ testimonium perhibet pro singulis. ⁊ econtra sed non contra vniuersitatem. ergo qui participat cum vniuersitate non admittitur ad testimonium. ergo nec monachus. ¶ Sed tu dic ꝙ ideo ibi non admittitur seruus ⁊ monachus quia sunt persone ⁊ res vniuersitatis. sed libera persona que est de vniuersitate ⁊ non est res vniuersitatis admittitur ad testimonium. argumē. dictarum legum. veruntamen ad sustinendum glosam posses dicere ꝙ monachus est res collegij. quia seruo similis. vt. xij. q. j. non dicatis. ergo sicut seruus pro domino vel contra non admittitur ad testimonium. Ita nec monachus.

¶ Glosa tenet ꝙ admittendus est quia non inuenitur prohibitus. vt. ff. de testi. l. j. §. adhiberi. Tu dic ꝯm Odofredum ꝙ aut causa est monasterij aut vniuersitatis. ⁊ non singulorum aut est etiam singulorum. Primo casu pone exemplum in molendinis ⁊ aliis rebus ex quibus prouenit vtilitas in communi. ⁊ hoc casu singulares persone ad testimonium admittuntur. vt hic notatur. ⁊ dicto. §. vniuersitatis. ⁊ dicta. l. idonei. Secundo casu pone exemplum in pascuis ⁊ nemoribus ⁊ in predijs aratorijs ⁊ vineatis ex quibus vtilitas pertinet singulariter ad singulos. Et hoc casu singulares persone a testimonio repelluntur. ⁊ monachi per consequens quia vniuscuiusque vtilitas minueret. ⁊ ideo cuiusque causa potest dici esse ꝓpria. argumē. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. ⁊ quando appel. sit l. j. §. in propria. ⁊ C. de testi. l. omnibus. ⁊ ff. e. l. aulius. Et de hoc notatur per Odofredum in. d. §. vniuersitatis. ¶ Queritur nono an monachus in causa alterius monachi ad testimonium admittatur. Et respondeo ꝯm glo. ꝙ sic. quia prohibitus nō inuenitur. Et quia monachus causam habere potest. vt. j. apud quos oportet mona. licet tanquam amico aliquantulum minus fidei habeatur. vt. C. e. l. eos. ⁊ ff. de testi. l. iij. circa prin. Et facit ꝙ scolaris pro scolari ⁊ contra scolarem socium in scolis ⁊ in hospitio possit ferre testimonium. de quo dic. vt notatur. C. de testibus. l. quoniam liberi.

¶ Queritur decimo quid de conuerso de monacha. Respondeo idem ꝙ in monacho. vt. j. eo. §. omnibus. ⁊ §. quecunque. ⁊ j. titu. proximo. §. quanta igitur. ¶ Queritur vndecimo. Nunquid canonicus cōcanonicū suum contra alium canonicum possit in testem inducere. Respondeo sic quia non est domesticus magis vni ꝙ alij. Et par affectionis causa suspitionem excludit. vt. ff. de ritu nup. l. penulti. §. j. ¶ Queritur duodecimo nunquid prelatus ecclesie possit ferre testimonium pro ecclesia sua alio agēte nomine ecclesie. Respondeo sic. vt extra de testi. c. insuper. Nec dicuntur isti ferre testimonium in propria causa. quia causa ecclesie non est causa singulorum. xij. q. ij. qui manumittitur. ⁊ dicto. §. vniuersitatis. ¶ Queritur decimotertio nunquid monachus vel canonicus possit esse iudex contra extraneum pro cōmonacho vel cōcanonico. Respōdeo ꝙ non. vt extra de offi. delega. c. cum. R. ⁊ argu. C. de indi. l. apertissimi. ⁊ dic. vt notatur de predictis. xiiij. q. ij. c. sap prudentia tua.

¶ Queritur decimoquarto an filius liberatur a patria potestate si pater vel ipse monachus efficiatur. Et videtur ꝙ non per locum a sufficienti partium enume. quia certi sunt casus quibus liberatur. vt institu. quibus mo. ius pa. pote. solui. per totum. Sed iste casus non est de illis. ergo non erit liberatus. vt. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. circa prin. ⁊ argu. ff. de actio. ⁊ obliga. l. obligationum fere. §. placet. E contra videtur ꝙ sit liberatus. quia monachus est sub obedientia ⁊ potestate abbatis. vt hic. ⁊ xviij. di. c. quācꝙ vbi de hoc. ⁊ xij. q. ij. non dicatis. Item omnia bona sua trāsfert vt monasterium. vt. j. eo. §. illud. ⁊ statum mutat. vt. s. eo. §. j. et §. sancimus ⁊ in iudicio esse non potest. vt. j. apud quos opor. mona. ergo cum in alterius sit potestate ⁊ statum mutet: liberatus esse videtur a patria potestate. vt institu. quibus modis ius patrie pote. solui. §. penultimo. ⁊ ff. de adop. l. ij. §. fina. ⁊ l. si pater in princi. Preterea quibus modis liberatur quis a curiali fortuna liberatur etiam a patria potestate. vt. C. de decurio. l. fina. lib. x. ⁊ j. constitutio que de digni. §. j. Sed monachus liberatur a curiali fortuna. vt. j. eo. §. si vero relinquens. ⁊ j. de sanctis. epis. §. sed neque curiales. ergo ⁊ a patria potestate. ¶ Itē monachus a potestate dominica liberatur. vt. s. eo. §. sancimus. ⁊ §. sequen. ergo multo magis a paterna. ⁊ hec est ipsa veritas. ⁊ notatur. ff. de minoribus. l. si ex causa §. papinianus. Et per Ber. ⁊ Innocen. extra de eta. et qualita. c. indecorum. Alij dicunt ꝙ remanet in potestate. sicut etiam filiafamilias cōiugata que viro suo debet esse obsequiosa. vt. ff. de ope. liber. l. si quis. §. iudicum. ⁊ l. sicut. ⁊ tamen remanet in potestate. vt. C. de colla. l. filie; licet ⁊ de condi. inser. l. si vxor. Hec lex non placet.

¶ Queritur decimoquinto nunquid abbas iurisdictionem habeat inter monachos. Et dic vt habetur ⁊ notatur per Ber. ⁊ Innocen. extra de offi. ordi. c. quanta deuotio. ⁊ ij. q. j. c. nemo episcopus. ¶ Queritur decimosexto nunquid de his que in vniuersitate vel collegio aguntur. possit quilibet inibi existēs in iudicio ferre testimonium. Respondeo sic argumen. C. de repu. l. cōsensu. §. fuis ⁊ de adulte. l. in adulterij. ⁊ ad legem cornel. de sicca. l. fina. ⁊ extra de probatio. c. tertio loco. ¶ Queritur decimoseptimo quid si vniuersitas personali actione ad debitum conueniatur. ⁊ in communi nihil habet: an singularis persona de vniuersitate ad testimonium admittitur. Et videtur ꝙ sic vt hic ⁊ supra plenius dictum est. Sed tu dic ꝙ non quia oportebit collectam imponere: vt in communi aliquid habeant. ⁊ ex ea pecunia soluere possint. vt. ff. quod cuiusque vniuersi. l. j. §. quibus. vbi de hoc. ⁊ sic patrimonium vniuscuiusque minueretur. ⁊ in propria causa testificari quisque videretur. ⁊ ad hoc facit dicta. l. in concedendo. ⁊ dicto. §. in propria. ⁊ extra de testibus c. insuper statuimus. ⁊ c. cum nuncius. ⁊ c. tuus. ⁊ c. nuper.

Siquis autem forte semel.

Lectionem presentem vsque ad §. ordinationem. diuide in partes sex. Primo prohibetur monachus monasterium relinquere: ⁊ ad priuatam vitam se deducere. Secundo dicitur ꝙ ingressi monasteria ipso ingressu se ⁊ sua dedicāt deo. liberis legitima portione seruata ⁊ vxori dote ⁊ lucro nuptiali. Tertio extensio precedentium. Quarto prohibetur monachus monasterium relinquere ⁊ ad militiam se transferre. Quinto prohibetur monasterium relinquere ⁊ ad aliud monasterium se transferre. Sexto prohibetur monasterium relinquere ⁊ ad nuptias peruenire. Secunda pars incipit in. §. illud quoque. Tertia in. §. in omnibus. Quarta in. §. si vero relinquens. Quinta in. §. si vero relinquens. Sexta in. §. si quis autē monasticā. ¶ Casus breuis. Monachus monasterium ingressus monasterium relinquere non debet ex aliqua causa quia ipso ingressu se ⁊ sua deo legitime dedicauit. liberis legitima portione seruata. ac vxori dote ⁊ lucro nuptiali. alia eorum substantia apud monasterium perpetuo remanente. ⁊ hoc dicit vsque ad. §. ordinationem.

¶ Nota primo in. §. illud ꝙ ad ordinationem monachi est necessarium ꝙ monachus seculo renunciet. ¶ Nota secūdo ꝙ monachus de iure ciuili potest vxorem relinquere. vt in. §. si autem vxorem. ⁊ j. de nup. §. ꝯm occasionem. vbi de hoc. ¶ Nota tertio ꝙ monachus pro mortuo habetur. ¶ Nota quarto in. §. si vero relinquēs ꝙ qui bonum spernit dignus est vt suscipiat malum. ¶ Nota quinto in §. sequenti si vero relinquens contra inconstantiam ⁊ contra scolares vagos. ¶ Nota sexto in. §. si quis autem ꝙ cantores ⁊ lectores de iure ciuili possunt nuptias celebrare ⁊ alij omnes prohibentur. ¶ Nota septimo ꝙ ex. §. illud quoque sumitur auť. ingressi monasteria posita super. l. generalis. C. de sacrosan. eccl. ⁊ auť. nunc autem. posita super. l. si quis autem presbyter. C. de episco. ⁊ clericis. Item ex. §. si quis autem monachi. sumitur pars illius auť. Sed neque curialem ibi sed si post clericatus posite. C. de episco. ⁊ cle. super. l. officialem. Item pars illius auť. multomagis que est super. l. eum qui. C. de episco. ⁊ cleri. ¶ Expone litteram. si quis autem semel forte dedicatus ecclesie vel monasterio discedere voluerit idest voluntarie discesserit intrabunt res idest quas contulit in monasterium expresse vel tacite illud quoque suis. scilicet rebus ingredientem nāque. i. seculo renunciantem expresse vel tacite simul cum persona sua habuerit. i. ingressus monasterium iam. i. ante ingressum monasterij eum ingredientem monasterium abrenuncians seculo ⁊ pro prius. ⁊ facit extra de regulari. c. consulti. vbi de hoc. ⁊ xxvij. q. ij. c. desponsatam. ⁊ extra de regula. c. j. ⁊ ij. libro sexto. quatenus totum idest tota quarta. cum nihil ocderit eis. Et dos. nunc responder. si vero relinquens vbi. i. in quo monasterio competens. i. decens requirentis. ⁊ facit. xij. q. j. c. scimus nos. ⁊ hoc idest hanc inconstantiam. ordinationem in minoribꝰ ordinibus. qui gradus modis omnibus etiam si non sunt monachi ⁊ priuatos. idest non miles.

¶ Opponitur primo ad. §. si quis autem semel. In eo quod dicitur ꝙ res eius remanent apud monasterium in totum. immo videtur ꝙ vsufruc. retineat. vt. xii. q. vj. de lapsis. ¶ Solutio vsufructū habet. vt ibi. sed proprietatem non vt hic. Vel dic aut reliquit culpa sua. ⁊ tunc nihil retinet vt hic. aut sine culpa. ⁊ tunc retinet vsumfructum vt ibi. hec solutio satis est bona vel dic vt notatur. j. proximo. §. ¶ Opponitur secundo ꝙ mittendus sit in aliud monasterium cum rebus postea quesitis. Solu. ⁊ dic vt notatur. j. eo. §. si vero relinquēs. ⁊ vt nota. ⁊ dixi. s. e. §. si vero seruitij. ¶ Opponitur tertio ꝙ curie sit dandus. vt. j. de san. epis. §. sed neque curialem. Solutio aut semel reliquit ⁊ tunc in aliud monasterium mittēdus est. aut bis fugit. ⁊ tunc curie dandus est licet nulli fortune prius fuerit subiectus. vt dicto. §. sed neque curialem. et dic vt notatur. C. de epis. ⁊ cleri. auť. sed neque curialem. ¶ Opponitur quarto ad. §. illud quoque in eo quod dicitur. Et non erit dominus ⁊c. Immo videtur ꝙ dominus remaneat. vt. j. de san. episco. §. si qua mulier.

¶ Solu. vt hic not. ⁊ in auť. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. ⁊ j. de sanctis. epis. §. si qua mulier. Tu dic ꝙ licet inter filios diuidere possit. non tamen propterea remanet dominꝰ quia arbiter ⁊ iudex

diuidunt ⁊ non sunt domini. ¶ Opponitur quinto ꝙ liberi etiam vltra legitimam portionem percipere debeant. vt.j.vt nulli iudi. §.ad alteram.⁊.§.quia vero.Solu.vt in glosa.hic ⁊ in auť.ingressi. ¶ Opponitur sexto ꝙ monachi possunt testari.vt.C.de sacrosan.eccle.l.generali.⁊.l.si quis presbyter.Solu.hoc corrigit.

¶ Opponitur septimo ꝙ ingrediens monasterium non efficiatur statim monachus.nec desinat esse dominus nisi seculo renunciauerit.vt.j.e.ver.si autem.⁊.§.si vero relinquens.Solu.quod hic dicitur determinatur ibi. ¶ Opponitur octauo ad.§.si autem vxor.vt xxiiij.q.ij.§.quia vbi dicitur ꝙ coniugati sine consensu alterius cōtinentiam profiteri non possunt.Solu.vt hic ⁊.j.de nup.§.fm occasionem. Et nota extra de conuersi.coniuga.c.ex publico.⁊.c.j.⁊ dic vt ibi notatur. ¶ Opponitur nono ad.§.si vero relinquens.et dic vt dixi.ff.eo.§.si vero seruitij.⁊.§.si quis autem semel.⁊ vt hic notatur. ¶ Quero in.§.si quis autem forte semel.in glo.que incipit idem est in alijs quid de alijs clericis qui bona transferunt in ecclesiam ⁊ se ⁊ sua deo dedicant ⁊ seculo renunciant. Respondeo fm glo.idem ꝙ in monachis.vt.C.de epis.⁊ cle.l.fi.§.hoc etiam ⁊ hoc notatur in glo.⁊ in auť.ingressi. ¶ Queritur secundo in eadē glosa quid si non valuit monachatio.vel quia vxorem haberet que non consensit.vel alia ratione. Nunquid res in monasterio remanent. Respondet glo.distinguendo.aut vtrunq3 est expressum:aut alterum expressum ⁊ alterum tacitum.⁊ dic vt hic in glo.no.⁊ idem no. licet breuiter in auť.ingressi. Tu dic aut culpa sua interuenit vel sciētia aut non. Primo casu remanent penes monasteriū.arg.C.de inces.nup.l.qui contra legē.⁊.ff.de condi.ob causam.l.ij.⁊.l.auunculo de condi.sine causa.⁊ insti.de nup.§.si aduersus.⁊.ff.de ritu nup.l. inceste. Secundo casu si non valet monachatio non remanet bonorum dedicatio.arg.C.de inge.ma.l.j.licet vtrūq3 fuerit expressum. ⁊ ad hoc optime facit.C.de condi.ob cau.l.prima.vbi vtrūq3 fuit expressum.⁊ tamen non preiudicat in dote ⁊ donatione licet non valeat principale.⁊ maxime quia conditio tacita inesse videtur.vt dicta.l.j.C.de conditio.ob cau.⁊ arg.ff.de condi.ob cau.l.j.§.j.cū cōcordan.⁊ extra de conditi.appo.in despon.c.fi. Et hec est ip fauoritas.alis sequeretur absurdū:⁊ magna iniquitas quia alis daturus non erat.⁊ hoc est verisimile quia tacite cum persona sua sequitur dedicatio bonorum.vt hic ⁊ arg.C.de pactis inter emp.⁊ vendi.l. cum te.⁊ quia egestate laboret qui prius erat diues.quod esse non debet.argu.j.de exhiben.reis.§.quoniam vero.⁊.§.seq.cum cōcordan.⁊ quia ecclesia cultrix ⁊ altrix iusticie non patitur contra iusticiam aliquid fieri in se vel in alterum.vt decima collatione de aliena.feu.§.inde potest.⁊ extra de dona.c.per tuas.⁊ de hoc notatur. extra de cler.coniuga.c.iij. ¶ Queritur tertio in eadem glo.nūqd nomine earum rerum monasterium conueniatur. Et fm glos.dic ꝙ tanquam successor non conuenitur:licet omnia bona sua in monasterium contulerit.vt.ff.de iure do.l.mulier bona.⁊ institu.de acqui. per arroga.§.fi. Sed ratione possessionis reali actione conuenietur.⁊ vt quilibet.vt.ff.ad exhiben.l.de eo.§.fi.⁊ si quadrupe.pauper.fecis.dica.l.i.§.fi.⁊ de nora.l.penul.§.fi.⁊ de hoc dic.vt.j.proximo no. ¶ Queritur quarto in eadem glos.nunquid monachus an monasterium personalibus actionibus cōuenietur. Et primo glo. dicit ꝙ monachus est conueniendus ⁊ non monasteriū.vt.j.apud quos oportet monachos.⁊ idem notatur.ff.eod.§.i.in glo.que sit. Postea dicit glo.vel dic vt notatur in auť.ingressi.vbi dicitur ꝙ monasterium tenetur tanquam successor nō instar capite minuti.⁊ idem notatur in auť.si qua mulier vbi dicitur ꝙ monasterium tenetur tāquam successor monachi quasi semimortui.quod dic vt ibi notatur. Sed si monachus conueniatur inde resultare videtur magna iniquitas.quia monachus nihil habet.quomodo ergo tenebitur. vt notatur.j.de non alie.§.si autem creditor. Sed potes dicere ꝙ monasterium reuocatoria actione conuenietur.quasi in fraudē3 creditorum factum fuerit que presumitur.vt.ff.que in frau.credito.l. omnes.§.lucius. Sed glo.alibi distinguit aut contulit in monasterium omnia bona sua aut res singulares.vt.ff.de pecu.lega.l.si peculium in glo.non expectata. ¶ Quam distinctionem Dynus dominus meus reprobat.ff.de pecu.lega.l.stichus habet.⁊ tenet glo. que sunt in dicta auť.igressi.⁊ auť.si qua mulier. Sed tu teneas primā3 opinio.huius glo.⁊ glo.ff.e.§.j.quia monachus obligatus remanet.ergo non habet successorem.⁊ hoc patet quia cōuenitur.vt dicto titulo. Apud quos oportet mona.⁊.j.de sanctis.epis.§.si quādo.auten.causa.⁊.§.monachis.⁊.§.sportularum ⁊ quia viuus ⁊ loco viuentis habetur ⁊ ideo non habet heredē.vt.C.de capti.⁊ postli.reuer.l.nec nos.⁊.ff.de here.vendi.l.j.cum similibus. Nam certū est ꝙ obligatio durat in eius personam ergo non habetur pro mortuo.quia in ossibus homine mortuo non remanet.vt.ff.ad macedo. l.creditorem.cum si.hinc est ꝙ fiscus cum loco successoris debitoris habetur:desinit esse obligatus debitor.nec postea potest conueniri.vt.ff.de fideiuss.l.si debitori.⁊.C.de sen.pas.si debitor cum si. ⁊ de hoc notatur.ff.de iure fisci.l.iij.§.cum in causa. Et notaui.C. de here.institu.l.quotiens. Sed monachus conuenitur vt dixi modo.ergo remanet obligatus.⁊ adde quod notaui.j.vt null.iudi.§. ⁊ hoc vero iubemus in questione disputata. ¶ Queritur quinto in glo.que incipit:poterit ergo. Nūquid monachus potest sibi vel vsufructus nomine vel proprietatis aliquid seruare.⁊ videtur ꝙ sic. Si ante ingressum monasterij sibi reseruauit vt hic in princip. huius.§. Sed tu dic contra fm glos.quia nihil retinere potest vt hic sequitur.⁊ quia hic dicitur ꝙ vti potest quo voluerit modo.s.in alios ⁊ non in se.⁊ dic vt notatur.ff.de vsu ⁊ habi.l.per seruum.§.j. Et facit quod notatur.ff.de adoptio.l.si pater.in princ. Nam monachus fieri non potest sub hac conditione vt aliquid sibi retineat quia illa conditio est contra substantiā3 monachatus.nec papa potest dispensare.vt extra de statu mona.cum ad monasterium ad fi.⁊ notatur extra de condi.appo.in despō.c.fi.⁊.xxxij.q.ij.c.solet queri.⁊.j.q.ij.si quis propter.⁊ de hoc notatur.ff.ad trebel.l.lucius.§. tres heredes.vel dic ⁊ forte melius aut est certum ꝙ voluit omnino ⁊ in omni casu esse monachus.aut est certum ꝙ nullo modo voluit aliquo modo esse.aut est dubium. Primo casu valet monachatio licet non valeat retentio bonorum.argumē3.ff.de libe.⁊ posthu.l.si ita.§.regula.⁊ de heredi.institué.l.quotiens.§.si quis ita.⁊.l.si ita quis heres. Secundo ⁊ tertio casu dic vt supra dixi.

¶ Queritur sexto in eadē3 glosa nunquid monachus monasteriū intrando rumpat testamentum. Responde vt hic notatur.⁊ in auť. si qua mulier.⁊.j.de sanctis.epis.§.si qua mulier.vel dic aut ante ingressum testamentum fecit aut aliam vltimam voluntatem. Primo casu aut extraneum heredem instituit aut filium. Siquidem testatum est ⁊ extraneum heredem instituit si monasterio nihil reliquit testamētum rumpitur.alis nō.s.si institutionis iure aliquid reliquit ei quia monasterium exequatur filio.vt in.§.sed hoc presenti. Sin autem filium instituit.dic vt notatur in auť.si qua mulier. Si vero fecit aliam vltimam voluntatem eo casu non rumpitur. vt.ff.de iure codicil.l.si quis cum testamentum.⁊.l.ab intestato.⁊.l.penulti.et C.de codicil.l.j.⁊ hoc in glo. ¶ Tu dic et forte melius ꝙ aut dedicauit se ⁊ sua aut se tantum. Primo casu testamentum rumpitur cū capitis diminutione.tum quia dominiū rerum in monasteriū translatum est.tum quia monasterium hoc casu filio exequatur.⁊ dic vt notatur in auť.si qua mulier. Secundo casu aut seculo renunciauit ⁊ professionem statim fecit.aut ex interuallo. Si quidē statim:tūc non rūpitur testamentum quia pro mortuo habetur quo ad bona.⁊ monasteriū3 non exequetur filio.si monachus non vult.vt dicto.§. si hoc presenti.⁊ velle non videtur ex quo bona non dedicauit monasterio.si vero ex interuallo:tunc etiam testamentum non rumpitur ex quo bona non dedicauit monasterio.vt hic ⁊ dicto.§.sed hoc presenti.⁊.j.e.§.sin autem.aut nihil.et.§.si vero relinquens. ¶ Queritur septimo in glo.que incipit sed videtur quid si ingrediatur aliquis causa orationis vel probationis. Respondeo vt hic notatur in glo.⁊ in auť.ingressi. ¶ Queritur octauo quid si ecclesiam secularem vel capellam vel plebem vel similem intret. Respōdeo vt hic in glo.no.⁊ in auť.ingressi.vel dic vt supra dixi.aut seculo renūciauit et se et sua dedicauit aut non. ¶ Queritur nono nūquid dispositio parentis inter filios sit testamentum vel alia vltima voluntas an nō.⁊ dic vt hic notatur.⁊ in auť.si qua mulier.⁊.j.de sanctis.epi. §.si qua mulier. Sed vt credo dic fm Placētinum ꝙ testamentum non est quia non remanet dominus vlterius vllo modo vt hic:⁊ dic ꝙ filius legitimam portionem et portionem quam pater ei in diuisione dare voluit capiet magis a lege ꝙ a patre.vt.j.proximo.§.si vero.⁊ in dicto.§.si qua mulier. Nam lex ibi gratiam patri facit.vt possit diuidere inter filios quod pater facit tanquam minister legis sicut arbiter et iudex. ¶ Preterea parens ante ingressum testari potest. Postea non:quia pro mortuo habetur quo ad ius testandi.et ꝙ talis diuisio non sit testamentum facit bene.ff.familie herciscunde.l.si filia.§.si pater. ¶ Queritur decimo an seculi renunciatio sit de substantia. Respondeo dic de iure ciuili.vt.j.§. sin autem.aut nihil.et.§.si vero relinquens. Sed hodie non est de substantia:quia sufficit ꝙ professio fiat expresse vel tacite.vt extra de regularibus.c.secundo libro sexto.

¶ Queritur vndecimo.an portio que liberis debetur statim post ingressum parentis peti possit. Et glosa tenet hic ꝙ sic.⁊ dic vt in gl. Sed glosa que est in auť.si qua mulier. Recitat duas opiniones:nec firmat pedem.et idem facit glosa que est in.§.si qua mulier. Tu autem teneas hanc glosam tanquam verum veriorem ⁊ equiorem vt statim peti possit. Et est argumen.j.eod. §.si autem vxorem.vbi statim post ingressum dos mulieri seruatur.et ex morte pactum.sic.C.de episco.⁊ cleri.l.deo nobis.§.j.ergo ⁊ eadem ratione ⁊ liberis seruabitur legitima.

¶ Preterea pro mortuo habetur quo ad bona.vt hic.ergo filij petent statim legitimam portionem.que loco alimentorum surrogatur.sed alimenta eis debentur.vt.C.de alen.lib.per totum.cū similibus.⁊ difficile erit a monasterio exigere.ergo equum est ꝙ statim

statim petere possint. ¶ Nō obstat.j.vt liceat ma.⁊ auie.§.quiaue ro ex consensu.quia ibi filius distulit petere ex voluntate non ex ne cessitate. Nam si ab initio petere voluisset potuisset. ¶ Queritur duodecimo.nunquid monachus statim post ingressum monasterij pꝛebendas ⁊ beneficia perdat:respondeo non ⁊ nisi seculo renun ciet expresse vel tacite vt.j.e.§.finaliter nihil ⁊.§.si vero relinquēs ⁊ extra de regula.c.statuimus.⁊.xvij.q.ij.c. desponsatam . Et est casus hodie extra de regula ca.beneficium li.vj. ¶ Queritur deci mo tertio an monachus ante professionem.⁊ priusq̄ seculo renun ciet:⁊ infra tempus probationis existens possit condere testamen tum post ingressum monasterij.respondeo sic vt ex pꝛedictis mani feste apparet.

Diuide titulum vsq; ad finem in partes quinq; primo iustinianus recitat ius antiquum. Secũdo prohibet. Tertio permittit. Quarto punit. Quinto precipit diuulgari. ⁊ contra facientes publice ab omnibus nũciari. Secũda pars incipit in. §. nos igitur. Tertia in. §. vt autẽ. Quarta in. §. quia vero leonis. Quinta in. §. hec nobis. ¶ Itẽ lectionem presentem vsq; ad. §. nos igitur diuide in ptes quattuor Primo exordium. Secundo legum antiquarum breuis enarratio Tertio legis leonis clara recitatio. Quarto fraudum ⁊ circumuẽtionum remotio. Secunda pars incipit in. §. a leone. Tertia in §. vult enim. Quarta in. §. lex itaq;. ¶ Casus res immobiles ecclesie maioris vrbis constantinopolitane: ⁊ ecclesiarum sue diocesis alienari generaliter prohibentur. pena contra facientibus imminẽte alienatione in casu permissa. omni fraude: ⁊ circũuentione remota. ⁊ hoc dicit vsq; ad. §. nos igitur. ¶ Litteram expone. de nõ alienandis. facit in decre. x. q. ii. per totum ⁊. xii. q. ii. ⁊. iii. per totum. vnam intentionem. i. precipuam. vel dic vnam. i. inter alias plures. declarare. quia nihil est tam proprium legum ꝙ claritas. vt. i. de testa. imperfec. §. i. ⁊. C. de pac. conuen. l. penulti. legislatione. i. compositione. super sacris. i. quasi sacris ecclesiarum omnium vniuersaliter honorẽ citra ordinationes episcoporum ⁊ clericorum ⁊ monachorum: ⁊ abbatũ ⁊ ecclesiarum. ⁊ rerum suarum conseruationẽ interdicta et statuendo. Et nota ꝙ dicit honorem ⁊ non dicit vtilitatem. quia inter hec est differentia. vt. ff. de iudi. l. si longius in fi. Item nota ꝙ dicit de omnibus ecclesiis ⁊ non de romana ecclesia tantum. ⁊ sz hoc non est hic argumentum. ad donationem constantini. ⁊ disciplinam i. vitam ⁊ doctrinam. minus habens ꝙ expediat. eam pro quia correctionem ad. l. leonis. causam. i. hanc extensionem per ipsum anastasium factam. introducentem. quia stricte loquebatur hic igitur. s. quia predicte leges imperfecte erant inferentes. i. simul inferentes vult enim taciturnitate degenerari. i. tacite consenserint contra generationem suam. s. clericorum. que debet esse audax pro ecclesia sua quod est notabile. ⁊ sine libertate. i. ac si liberi non eent sz serui. Ad hoc. i. iuxta hoc igitur. i. generalem prohibitionem alienationis. ⁊ quia videbatur iniquum omnem alienationem generaliter prohibere. increpans. i. reprehendens rei immobilis. repenset. i. compenset rem aliam eque bonam in vsum. i. in concessionem vsus vel vsufruc. vel dic. i. propter vsum ecclesie. s. ad eam transferendo. cuius s. rei compensare mox. subaudi est vel maxime quia non oportet ꝙ statim det proprietatem. vt. ii. ⁊ nota ꝙ hic loquitur quãdo res cõpensanda minus valet. sed supra dixit. quando equiualet. ⁊. ii. nõ interest det proprietatem mox vel postea. sed hec etiam si mox det proprietatem contractus non valet. lex itaq;: ⁊ mulctam. i. penã circũuentionem iam excogitatam retinere. i. compescere. vel refrenare dudum. s. post legem leonis. Aut certe minus ar. est ad id quod notatur. C. de sacro san. eccle. Aut. qui rem huiusmodi. dudum. s. post legem leonis respexerunt. s. homines dediti ad malitiam. redditus i. redditus soliti percipi. Ideoq;. i. quia minuebatur redditus anni quus fieri subaudi. s. propter fortuitos ⁊ ratio diminutionis. documenta circa emphiteosim. ¶ Nota primo intentionem principis esse quicquid prius imperfectum ⁊c. ¶ Nota secundo ꝙ constantinus auxit honorem sanctarum ecclesiarum. ¶ Nota tertio ꝙ reprehenditur quis de insufficientia ⁊ imperfectione. ¶ Nota quarto in. §. vult enim que res dicantur esse immobiles: ⁊ inter immobilia computari. ¶ Nota quinto qđ contra leges actum est periade est habendum ac si nec a principio gestum esset. ¶ Nota sexto ꝙ iconomus reddit lucrum: ⁊ restituit damnum. ¶ Nota septimo agẽtes ⁊ consentientes pari pena puniri. ¶ Nota octauo ꝙ tabellio delinquens in officio remouetur ab officio: ⁊ etiam iudex. ¶ Nota nono ꝙ alienatio permittitur in casu. ¶ Nota decimo in. §. lex itaq; ꝙ omnis fraus ⁊ circũuentio prohibetur. ¶ Opponitur primo ꝙ intentio principis non sit vna tantum. sed plures. vt. ff. de legi. ⁊ senatusconsul. l. legis virtus. ⁊. l. fi. Solutio dic vnam. i. precipuam inter alias. ¶ Opponitur secundo ꝙ intentio sit duplex cõmunis ⁊ singularis. vt notatur in summa azo. in principio in. C. ⁊ institu. solue vt supra. vel dic ꝙ vna est. s. de pluribus sed non est sola. Sic vna est via que ducit romam sed non sola. vt notatur. ff. de edi. l. i. circa prin. ¶ Opponitur tertio ꝙ ista non sit intentio legis sz ciues bonos facere. ⁊ vt humana coherceatur audacia. ⁊ vt nocẽdi facultas refrenetur. vt. iiii. di. in prin. ⁊. c. i. ⁊. ff. de iusti. ⁊ iur. l. i. in prin. ⁊ in cõstitutione greca habetur: ⁊. l. de lege. Solutio primeua legis intentio fuit ciues bonos facere. vt ibi. successiua vero intentio est pfectum ex imperfecto declarare. vel dic ꝙ ab initio quãdo leges condite fuerunt illa fuit legis intẽtio. sed postea est hic. vel dic ꝙ illa est communis intentio. huius singularis. ¶ Opponit̃ quarto ad. §. vult enim ꝙ emptor precium non amittat vt. i. e. §. si quis. sig. Solo. vt in gl. ¶ Opponitur quinto ꝙ tabellio clementiam ⁊ reuersionem possit a principe sperare. Sed dic vt in glo. ¶ Opponitur sexto ꝙ magistro census hec autoritas solummodo detur vt. C. de testa. l. consulta. Solutio. vt in glo. ¶ Opponitur septimo ad. §. lex itaq; de eo quod notatur. C. de sacro san. eccle. in aut. qui rem huiusmodi. Solutio illud procedit ex cõsuetudine magis ꝙ de iure: vel dic ꝙ ibi est alius contractus. vel dic ⁊ forte melius ꝙ non valet nec de iure nec de cõsuetudine. vt hic. ⁊. i. vt nulli iudi. §. i. ⁊. viii. di. c. mala consuetudo. ⁊. c. sequenti. ¶ Queritur primo que sit differentia inter colonum ⁊ mancipium. Et dicit in gl. ¶ Queritur secundo quid in actione competenti ecclesie pro qualibet re. nunquid poterit cedi vel alienari. dic vt in glosa notatur. Sed pro opinione prima glosa facit. quia actiones loco immobilium cõputantur. vt notatur. ff. de ver. sig. l. mouentium. Et est glo. C. in quibus cau. in inte. resti. non est necessaria. l. fi. pro secunda opinione facit. ff. de auto. tu. l. penul. item quia actiones diiudicari ⁊ disponi debẽt sm rem ad quam dantur. vt patet in actione in rem que triẽnio pro re mobili ⁊ decennio pro re immobili tollitur. vt institu. de vsucap. in pri. ¶ Preterea actiões oẽs mobiles esse censent̃. vt. C. de rei vxo. actio. §. exactio. ⁊ quando ⁊ quibus quarta pars debet̃. l. ii. ver. mobiles. item ius actionis dubium est ⁊ non liquidum. ergo eius alienatio debet permitti. ⁊ maxime cum competit pro re mobili. vt. C. de transac. l. preses. Et hec opinio etiam approbatur. C. si aduersus transac. l. i. ¶ Sed contra istam distinctionem facit quod habetur ⁊ notatur. C de vsufru. l. corruptionẽ. ⁊ de seruitu. l. sicut in principio. ⁊ de prescrip. lon. tempo. l. fi. Tu dic aut tractatur de actione respectu ipsius. aut respectu rei ad quam competit. primo casu actiones omnes censentur immobiles siue pro re mobili siue pro re immobili competant. ar. institu. de rebus corpo. ⁊ in corpo. §. incorporales. ⁊ dic vt notatur dicta. l. mouentium. Secũdo casu aut agitur de fauore aut de odio aut mixti de vtroq; siquidem agitur de fauore tunc censentur mobiles si fauor hoc exigit. vt dicto. §. exactio. si autem fauor exigit econtra scilicet ꝙ censeantur immobiles tunc loco immobilium computantur. si pro re immobili competunt ⁊ hec procedit in ecclesia: ⁊ in minore. vt hic ⁊ dicta. l. fi. C. in quibus causis cessat in integrum restitutio. ¶ Et nota ꝙ hic non dicit̃ ꝙ actiones sint mobiles sed ꝙ si pro re mobili competunt possunt cedi ⁊ alienari quod est sm rationem quia res mobilis existẽs penes ecclesiam potest alienari. vt notatur. i. e. §. nos igitur. quanto ergo magis actio ad eam rem competens poterit alienari. Et est argumentum a minori. secus est quando competit pro re immobili. que non potest alienari. quia eo casu nec actio poterit alienari vel cedi. Si vero de odio tractetur dic ꝙ si odium vitatur si mobiles cẽseãtur tunc mobiles censentur alias immobiles censeri debebunt. si autem mixtim de vtroq; tractatur siquidem res sine causa magis participat in odio ꝙ in fauore tunc immobiles censentur alias mobiles vt dicta. l. corruptionem. ⁊ dicta. l. sicut. ⁊ dicta. l. si. ad fi. ¶ Queritur tertio nunquid idem iconomus qui rem alienauit admittatur ad vendicandum. Et dic vt notatur in glo. ⁊ vt notatur. C. de sacro san. eccle. l. iubemus. §. sane. Tu dic ꝙ idem iconomus non admittitur. sed alter qui pro tempore fuit. vt hic. Preterea ipse suspectus est vt institu. de suspectis tuto. §. si quis autem nec refert an sit priuatus ipso iure vel non. Nõ obstat de libera. causa. C. l. i. ⁊ de agri. ⁊ censi. l. quemadmodum. quia ibi agit pro re sua vel quasi sua. ⁊ ideo non est ita suspectus. hic sic. quia pro re ecclesie. in qua alias male operatus est. ¶ Queritur quarto nunquid iconomus ipso iure sit priuatus. Et videtur ꝙ ipso iure: vt hic ostenditur super hoc autem excluditur. Sed dic vt in glo. vt dicta. l. iubemus. §. sane.

¶ Queritur quinto an quilibet ad vendicãdum admittatur. ⁊ dic vt notatur dicta. l. iubemus. §. sane. ⁊. l. sancimus. e. ti. ⁊ facit. i. e. §. fi. ⁊. ii. ti. i. §. ⁊ illud ⁊ extra de rebus eccle. non alienan. c. si quis presbyterorum. ⁊ dic vt ibi. ¶ Queritur sexto an dominium rei compensate statim ab initio transire debeat in ecclesiam. Et glo. C. de sacro san. eccle. l. iubemus. §. fina. dixit ꝙ non oportet iure isto ꝙ statim transeat. sed glo. hic dicit contrarium. vt in glo. que incipit. cũ proprietate. Tu dic ꝙ iure isto non oportet ꝙ statim. vt hic patet in littera. vsq; ad ver. Si vero minus. non obstat iste versi. vt ibi notaui exponendo litteram.

Nos igitur.

¶ Continuus supradictum est omne imperfectum esse purgandum ⁊ perfectum ex imperfecto declarandum. Sed leges leonis ⁊ Anastasii imperfecte sunt ⁊ correctione legis nostre digne. igitur ad. l. veniendum est.
¶ Diuide vsq; ad. §. vt autem in partes quattuor. Primo regula Secundo regule declaratio. Tertio pene impositio. Quarto temporum demonstratio. Secunda pars incipit ibi alienationis. Tertia ibi si omnes. Quarta ibi. Quod itaq;. ¶ Casus breuis. leges leonis ⁊ anastasii ad omnes ecclesias: ⁊ ad omnem venerabilem locum ⁊ ad omnes clericos ⁊ prelatos extenduntur. vt eorum res immobiles. ⁊ que immobilium nomine continentur: alienari non possunt alienationis nomine generaliter sumpto. pena

lege leonis statuta contra facientibus imminente. his obtinentibus in futuris casibus. in preteritis vetera iura seruent. et hoc dicit vsque ad. §. vt autem. ¶ Expone litteram. nos igitur facit. x. q. ij. hoc ius porrectum et hinc sumitur pars autentice. hoc ius porrectum que est C. de sacro san. eccle. l. iubemus. alienationis vero posuimus. supra proximo. §. in fine. §. et subaudi. s. emphiteosim. facit extra de re. ecclesie non alienan. c. nulli. quod itaque iam. i. ante hanc legem predictas vt. supra. e. §. vult. ¶ Nota primo ꝙ regulariter omnium rerum immobilium ecclesiarum alienatio prohibetur. ¶ Nota secundo ꝙ quedam mobilia loco immobilium computantur. ¶ Nota tertio ꝙ alienationis nomen est generale. ¶ Nota quarto ꝙ emphiteosis alienationis nomine continetur. ¶ Nota quinto ꝙ pene lege leonis statute etiam hodie locum habent. ¶ Nota sexto ꝙ lex non trahitur ad preteritas alienationes. licet de ecclesiarum fauore tractetur.

¶ Argumentum est. §. alienationis contra id quod notatur. ff. de le. ij. l. codicillis. §. instituto videlicet ꝙ alienare prohibitus non possit locare in mille annis. sicut nec in emphiteosim perpetuam dare dic vt ibi notatur per dy. ¶ Item est argumentum in eodem. §. ibi iam tanta documenta ꝙ si tabellio fuerit longo tempore in quasi possessione tabellionatum. et publice officium exercuerit: et multa instrumenta confecerit. ꝙ instrumenta omnia ab eo confecta valere debeant. et dic vt notatur per inno. extra de fide instru. c. j. et facit. ff. de off. preto. l. barbarius cum concordan. ¶ Opponitur primo ꝙ legum originem: et summi pontificatus apicem. ac priuilegia specialia anterior roma sit sortita. et ibi leges fieri debeant: et ab ea incoari. et non a maiori ecclesia vrbis constantinopolitane. vt. j. vt ecclesia romana in prin. Solutio illud habet locum ante tempora constantini et non tempore iustiniani. vt hic notatur in glosa. ¶ Opponitur secundo ꝙ alienatio permittatur in casibus vj. vt propter debitum quod aliis solui non potest. et in aliis casibus hic in glosa notatis. solutio hic est regulare. ibi casuale. ¶ Opponitur tertio ꝙ res ecclesiarum mobiles alienari possunt. Solutio. hic de immobilibus: et que immobilium nomine continentur tractatur secus in mobilibus. ¶ Contra hoc oppone. vt. C. de administra. tu. l. quia tutores. vbi res mobiles minorum que seruari possunt alienari prohibentur. et minor et ecclesia equiparantur vt. C. de sacro san. eccle. l. illud. et. l. illico et. l. fi. Solutio in minore aliud est. vt ibi. et aliud in ecclesia. et eius prelato. vt hic. et. j. de eccles. re. immo. alie. §. sed hinc plerumque ratio differentie. quia lex magis confidit de prelatis quam de tutoribus: et curatoribus. Tu dic idem in ecclesia seruandum esse sicut in minore: vt extra de his que fiunt a prelato sine consensu ca. c. tua et de rebus ecclesie non alienan. ca. nulli. et sic intellige hanc glosam. vt notatur. xij. q. ij. ca. j. et ca. alienationes. ¶ Opponitur quarto ꝙ res mobiles sacre alienari non possunt. vt institu. de rerum diui. §. nullius. et. C. de sacro san. eccle. l. sancimus Solutio dic ꝙ ille res alienari non possunt. ¶ Opponitur quinto ꝙ res mobiles etiam sacre alienari possunt pro captiuorum redemptione vt. j. de aliena. et emphi. §. sacris. et. §. si vero preter et. §. si vero plura. et. j. e. §. iisdem solutio ibi est speciale. ¶ Opponitur sexto ꝙ res mobiles obligari possunt etiam specialiter. j. de aliena. et emphi. §. hoc etiam. Solutio illa hanc corrigit: vel dic illud speciale causa necessitatis. hec non placet. quia iure isto etiam ex necessitate non permittitur speciale pignus. vt. j. e. si enim omnino. prima ergo placet. ¶ Opponitur septimo ꝙ generalis hypotheca cum traditione sit prohibita alias plus esset generale pignus quam speciale sed dic ꝙ generale pignus permittitur sine traditione. vt in rubrica huius tituli. et. j. e. §. si enim vbi dicitur de hypotheca. et ad hoc facit. ff. de pignorati. actio. l. si rem. §. proprie. sed speciale pignus iure isto nec cum traditione nec sine fieri potest nisi forte in casibus quibus alienatio fieri permittitur ex iure. et sic intellige hic et. j. e. §. si minus. et. §. si autem creditor. et. §. si enim. in fine vt et hic notatur in gl. sed que est ratio differentie. inter generale et speciale. pignus respondeo vt hic in gl. not. ¶ Opponitur octauo ꝙ alienationis nomen sic generalissime accipiatur vt etiam comprehendat specialem hypothecam vt C. de rebus alienan. vel non alie. l. fi. Sed dic ꝙ alienationis verbum accipitur stricte et proprie pro omni actu per quem dominium transfertur. C. de fundo do. l. j. quandoque accipitur stricte et improprie vt hic: et extra de rebus ecclesie non alienan. c. nulli. quandoque accipitur largissime et impropriissime ex interpretatione. vt. d. l. fi. vbi de hoc. ¶ Opponitur nono ꝙ perpetua emphyteosis sit permissa vt. j. de emphi. et alie. §. licentia. Solutio illa hanc corrigit. et dic vt hic no. in gl. ¶ Opponitur decio ꝙ leges primum in greca quam in latina lingua scripte fuerint. vt in constitutione digestorum in principio. Solutio ab initio cum leges inuente fuerunt et originem habuerunt scripte fuerunt in lingua greca vt ibi. sed postea regulariter primum in latina. nisi in casu huius. l. vbi primum in greca. vt hic.

Ut autem lex. ¶ Continua supra. e. §. nos igitur regulariter alienatio fieri prohibetur. Sed quia omnis regula est periculosa: et infirma: et exceptiones regule auxiliantur. ideo de exceptionibus sequitur videre. ¶ Casus breuis. omnis regula periculosa est et infirma: et exceptione indiget vt in auxilium eas habeat. et firma postea remaneat: et hoc dicit vsque ad. §. si minus. ¶ Expone litteram. vt autem lex a nobis condita vt supra. e. §. nos igitur. quod enim suspensiue lege: et subaudi benedixi ꝙ humana natura est variabilis. immutationem quasi dicat nihil eius pro quia necessarium. i. vtile. vt eas exceptiones in auxilio. l. confirmatione. lex. i. regula in lege tradita moueatur. i. firma remaneat.

¶ Nota primo ꝙ humana natura est variabilis. ¶ Nota secundo ꝙ nil est stabile inter homines et c. ¶ Nota tertio ꝙ iustus septies in die cadit. vt. xxv. di. c. vnum oratium. et de peniten. di. iij. quamuis cante. et. lxxxvj. di. ad hec vt. j. vt omnes obediant iu. prouin. §. fi. et de consangui. et vte. fra. in prin. ¶ Nota quarto ꝙ exceptiones regule auxilium dant. et eam confirmant. ¶ Opponitur primo ꝙ legis iusticia non sit variabilis: nec mutabilis. vt. ff. de iusti. et iure. l. iusticia. in princi. et institu. de iusticia et iu. in princi. Solutio ibi de diuina iusticia: hic de humana. et dic vt ibi notatur. ¶ Opponitur secundo ꝙ iusticia in nullo sit variabilis. quia semper est sancta in lege. vt. ff. de iusti. et iu. circa principium. et de legi. et senatusconsul. in constitutione greca hec est lex. et. l. de lege. et. l. j. et. ij. ti. j. §. itaque. et C. de veteri iu. enucle. l. j. §. j. Solutio rebus in suo statu manentibus iusticia semper est sancta. sed mutato statu. et rebus nouis postea emergentibus iusticia mutatur seu varianda est secundum rerum temporum et locorum varietatem. et hoc necessario contingit quia lex debet esse honesta iusta: possibilis secundum naturam et consuetudinem patrie. loco temporique conueniens necessaria et vtilis. vt. iiij. dist. erit autem lex. et ideo oportet ꝙ iusticia varietur vt conueniat supradictis.

¶ Opponitur tertio. ꝙ naturalia iura fuerint immutabilia. vt institu. de iure natu. §. sed et naturalia iura. Solutio hic de humana natura. ibi de naturali iure. vel dic ꝙ naturale ius est immutabile in genere et sua totalitate. Sed non in specie: et in sua particularitate. vt ibi notatur: et notatur. ff. de iusti. et iu. l. manumissiones. et. l. ius ciuile. et. l. ius pluribus. ¶ Opponitur quarto ꝙ exceptio regule non auxilietur. immo eam vitiet et destruet. quia propterea perdit officium suum. vt. ff. de regu. iuris. l. j. in fi. Solutio in exceptis casibus vitiat vt ibi. sed in non exceptis confirmat: vt hic. ¶ Opponitur quinto hic colligitur ꝙ omnis regula est ius. sed regula est que rem breuiter enarrat non vt ex ea ius fiat. vt. ff. de regu. iu. l. j. Solutio aut regula accipitur sine exceptionibus et tunc ex regula non sumitur ius vt ibi. aut regula excipitur cum suis exceptionibus et tunc regula facit ius vt hic. Nam regula dicta est eo ꝙ recte ducit nec aliquando aliorsum trahit. vel dicitur. quia regit. vel quia normam recte vel bene viuendi prebet. vel quia distortum prauumque corrigit. vt di. iij. c. regula. et ibi notatur. vel dic ꝙ non facit ius in exceptis. quia secundum hoc genus derogaret speciei quod esse non debet. sed econtra in non exceptis facit ius generale. vbi nulla est exceptio. Sed vbi regula habet exceptionem facit ius speciale. preterquam in exceptis. vel dic ꝙ etiam in non exceptis non facit ius cum tantum intendat narrare et coniungere iura. vel dic ꝙ non facit ius in exceptis nec in casibus iam in lege statutis: cum ibi ius precesserit Sed in casibus in quibus est eadem equitas nec sunt in iure positi bene facit ius. Tu dic ꝙ in casibus nouis ex quibus immediate resultat ius et de quibus regula fundatur et disponitur. tunc regula sine dubio facit ius siue habeat exceptiones annexas siue non. vt hic et. supra. e. §. nos igitur. sed quando regula fundatur et disponitur ex casibus iam in lege statutis: siue exceptiones sint adiuncte siue non. tunc regula non facit ius. vt dicta. l. j. ff. de regu. iuris. ¶ Opponitur sexto ꝙ exceptiones sint extra regulam. vt. ff. de penis. sanctio legum. et de lega. iij. l. vxorem. §. felicissimo. Sol. secundum placen. non sunt de regula sed extra regulam. vel dic secundum Dy. ꝙ exceptiones sunt de regula et similes regule. Sed non sunt de regula in specta dispositione iuris. hoc non placet ꝙ sint similes. quia exceptiones regule sunt contrarie: et contraria non sunt similia nec cadunt in eodem subiecto. sed ad positionem vnius sequitur destructio alterius vt. ff. de verbo. significa. l. hec verba. et de instito. l. sed et si pupillus. §. si institoria. Tu ergo dic ꝙ exceptiones sunt de regula. i. de materia regule. vt hic. Sed regule contraria vt dictum est. ¶ Opponitur septimo ꝙ exceptio regulam non confirmet: nec vitiet sed separet. vt. ff. de petitio. heredita. l. item veniunt. §. senatus. et. §. in priuatorum. Solutio ibi non est exceptio. sed extensio: et casuum distinctio. vt notatur. ff. de fundo instructo. l. quesitum. §. idem respondit domo instructa. et ille. §. facit ad hunc. §. cum suis concordan.

Siminus. ¶ Casus breuis. principi permutare licet cum ecclesia pro re meliori vel equali vtilitate rei publice exigente et pragmatica forma precedente. omni alia alienatione prohibita. Et hoc dicit vsque ad. §. emphiteosim. ¶ Expone litteram. si minus igitur imperio. idest imperatori hoc ei. idest imperatori. donatarum rerum patrimonialium vel dic fiscalium. et erit argumentum ad donationem constantini prima placet tale fiat fiat. i. si imperator cum ecclesia permutauerit. forma. s. super permutatione precipiens pragmatica forma rerum immobilium recompensauerit imperator. et

perator ⁊ vberiorem vel equalem vt. ī. domibus ecclesiasticis ab alterutro. i. vnum ab altero quando pro quia perpetue prebeatur. idest quia eadem priuilegia concessa sunt. vtrisq̄. sed differūt quo ad administrationem ⁊ iurisditionem vt. ī. titu. i. in prin. ⁊ dic vt ibi. sed neq̄ dationem. s. specialem vel etiam generalem cum traditione. ⁊ hoc scilicet totum quod dictum est. ī. hac constitutione. ab solute. i. breuiter dicam illam. s. anastasij faciendi obseruationis. i. gestorum super alienatione principia. i. principijs seu regulis dicte legis scilicet iuris antiqui contra dispositionem noui iuris deinceps. i. non valet quod sequitur. quia principijs sublatis per consequens ⁊ subsequentia perimi oportet. vt. C. de lati. li. toll. l. j. §. j. ibi ipsa origine. ⁊c. ⁊ facit. ff. de aqua plu. arcen. l. sed interdum. ⁊ quod vi aut clam. l. nam origo. Et ex hac littera colligitur ꝙ principijs ignoratis subsequentia ignorare necessario oportet. ¶ Nota primo ꝙ immensa donatio a principe in ecclesia fieri potest. ¶ Nota secundo ꝙ ecclesie permutare licet cum principe. ¶ Nota tertio ꝙ non multum differunt sacerdotium ⁊ imperium. ¶ Nota quarto ꝙ actio accipitur pro facto. ¶ Nota quinto ꝙ principijs sublatis ⁊c. Et principijs ignoratis ⁊c. Et dic vt dixi exponendo litteram. ¶ Opponitur primo ꝙ immensitas non sit optima mensura. sed pessima. vt. ī. vt determinat' sit nume. cle. §. j. solutio. ibi regulare hic casuale. vt ibi notatur. ¶ Opponitur secundo ꝙ sacerdotium ⁊ imperium multum differunt vt. ī. titu. j. in principio Solutio quo ad priuilegia non differunt vt hic. sed quo ad administrationem ⁊ iurisditionem differunt vt ibi. ¶ Opponitur tertio ꝙ actio nihil constituat sed prosequatur vt. ff. de actio. ⁊ oblig. l. nihil ⁊ institu. de actio. in princi. Solutio ibi pro iure. hic pro facto accipitur. ¶ Opponitur quarto ꝙ capituli seu cleri tractat' atq̄ consensus sit etiam necessarius. vt extra de his que fi. a prela. sine consensu capituli. c. tua ⁊ extra de rebus ecclesie non alie. ca. j. lib. vj. Solutio ibi de iure canonico hic de iure ciuili. vel dic ꝙ etiā de iure ciuili est hodie necessarius. vt. j. de alie. ⁊ emphi. §. hoc etiā super ⁊. §. licentiam. ¶ Argumentum est iste. §. ibi donaturum terrum eis imensitas ad donationem constantini vt valeat. ⁊ de hoc dixi exponendo litteram. ¶ Item est argumentum ibi. cum vtiq̄ nec multum differunt quod illud ius quod seruatur in rebus communibus ⁊ publicis seruetur in ecclesijs ⁊ rebus ecclesiasticis. ¶ Queritur an immensa donatio a priuato ecclesie facta valeat sine insinuatione. Et glo. primo arguit ꝙ sic vt hic. ⁊ C. de sacro san. eccle. l. illud. sed hec lex nihil facit. immo est contra quia hoc est speciale in principe ergo. ius cōmune ⁊ regulare est in oppositum. vt. ff. ad municipa. l. j. ⁊ de legi. l. ius singulare. item ⁊ lex. illud facit contra. ⁊ non pro. quia ibi dicitur ꝙ vsq̄ ad quingētos solidos valet sine insinuatione super eam quantitatem nō valet excepta imperiali donatione. Econtra determinat glo. ꝙ non valeat. quia vbi legem nō inuenimus correctam relinquimus eam antique figure vt. j. de admini. off. §. si. cum similibus. Et sm glosam dic ꝙ hic est speciale in principe vt hic notatur. vel dic sm glosam ꝙ imperator etiam non donat sine insinuatione etiam hic cum pragmatica forma sit necessaria. Tu dic ꝙ in priuato necessaria est insinuatio. sed non in principe. Et est casus in dicta. l. illud. Et dic ꝙ pragmatica forma hic exigitur propter alienationes rei ecclesiastice. vel dic ⁊ forte melius ꝙ insinuatio hodie non sit necessaria. quia a priuato in principem facta valet etiam sine insinuatione. vt. j. vt non fiant pig. §. penul. ergo. ⁊ in ecclesia. vt. j. e. §. ibi cum vtiq̄ ⁊c. vbi dicitur ꝙ eadem priuilegia habet ecclesia que habet princeps.

Emphitheosim autem.

¶ Casus breuis ecclesiarum ⁊ locorum venerabilium res in emphiteosim dari possunt in personam accipientis ⁊ duorum successorum ⁊ viri. ⁊ vxoris. si de eis specialiter dictū fuerit aliter non. ⁊ hoc dicit vsq̄ ad. §. quia vero. ¶ Expone litteram emphiteosim agi. i. fieri neq̄ quod fit circa predictam formam. ¶ Nota primo ꝙ emphiteosis fieri potest in personam accipientis ⁊ duorum successorum. ¶ Nota secundo ꝙ femine in emphiteosim succedunt sicut ⁊ masculi. ¶ Nota tertio ꝙ maritus ⁊ vxor succedunt ex speciali pacto. ¶ Nota quarto ꝙ emphiteosis non transit ad extraneum heredem. ¶ Opponitur primo de. §. licentiam. j. de ali. ⁊ emphite. Solutio illa hanc corrigit. vt dixi. ī. e. §. alienationis. ¶ Opponitur secundo ꝙ in emphiteosim dari possit quādiu pēsio prestatur. vt institu. de locato. §. adeo aūt. Solutio ibi iure priuati. hic ecclesie. ¶ Opponitur tertio ꝙ ad feminas non trāseat. vt decima collatione. de his qui feudum dare possunt. §. hoc autem notandum. ⁊ de successi. feu. §. filia vero. Solutio ibi in feudo hic in emphiteosi. ⁊ est ratio vt ibi notatur. ¶ Argumentum est. §. iste ꝙ si concesserit quis in emphiteosim rem tibi ⁊ tuis heredibus: ꝙ intelligatur de liberis tantum. vt ⁊. ff. ad trebel. l. ex facto. §. fina. ⁊ decima collatione. de aliena. feu. §. ⁊ si clientulus. Sed dic ꝙ etiam ad extraneos heredes debet transire regulariter. quia de natura sui transit ad quemlibet heredem. vt dicto. §. adeo. ⁊. ff. de verbo. sig. l. in conuentionibus. vbi de hoc. Non obstat lex ex facto §. si. quia speciale est in substitutione. Item non obstat. §. ⁊ si clientulus quia speciale est in feudo: ⁊ in precario que de natura sui non transeunt ad heredem licet extraneum. vt ⁊. ff. de precarijs. l. cum precario. §. j. Et sic non obstat glosa posita in dicto. §. si. ⁊ ibi notatur per dy. Item non obstat. §. iste quia hic est speciale in ecclesia. Item est argumentum ad aliam questionem. ecclesia cōcessit in emphiteosim rem alicui vsq̄ in suam tertiam generationem masculinā ⁊ femininā legitime finitā ꝙ ius: ⁊ actio: ⁊ emphiteosis trāseat ad nepotes ex filia. Et si nō sint heredes eōrū ꝙ ad eos nō trāseat nisi sint heredes vt. ff. ad treb. l. ex scō. §. si. vbi de hoc. ⁊ de leg. j. l. filius fami. §. cum quis. Preterea regulariter eis stipulari non potuit vt. ff. solu. ma. l. gayus in si. Tu dic emphiteosim non trāsire ad eos nisi sint heredes. quia emphiteosis hereditatis appellatione: ⁊ bonorum contineri videtur argumentum. ff. de verbo. signi. l. bonorum. ⁊ de bo. pos. l. j. §. ⁊ iij. ⁊ de acqui. rerum do. l. rem in bonis. ⁊ de adopti. l. si arrogator. §. j. ⁊ ita determinatur per ac. in brocardis in illa rubrica qui repudiat hereditatem.

Quia vero leonis.

Diuide. §. in partes tres. prio res ecclesie est magne pēsionis ⁊ tante quante ab initio fuit cum ad ecclesiam peruenit. Secundo minuta fuit pensio clade. Tertio est parue pensionis vel nullius respectu estimationis rei. Secunda pars incipit in ver. si vero minus Tertia in ver. si vero aliquis. ¶ Casus breuis. ecclesiarū res pensionem eandem reddentes in emphiteosim dari possunt. pro eadem pensione quanta ab initio fuit statuta. diminuta ad plus in sextam partem. pensione vero ob cladem minuta pro constante pensione in emphiteosim dari debet. ⁊ si res sit preciosa paruam aut nullā reddens pensionem re subtiliter estimata pensio constitui debet que in viginti annis faciat estimationem. ⁊ hoc dicit vsq̄ ad. §. scite autē. ¶ Expone litteram. quia vero leonis. facit. ⁊. q. ij. §. ppetua. ⁊ hic sumitur pars aut. perpetua que posita est. C. de sacro san. eccle. super. l. iubemus. dari in emphiteosim solum. i. solummodo. rei. i. mercedis percipiende. pro re danda in emphiteosim si locaretur annis tim eorum prediorum. datur in emphiteosim. Tanta an sit tanta. s. nunc cum datur in emphiteosim quanta ⁊c. tunc. i. quando nunc est tante pensionis quante fuit cum ad ecclesiam peruenit. ei accipienti in emphiteosim cum scrupulositate. i. sterilitate vel damno: casu fortuito contingente. computandam. i. compensandam. cōcedimus i. remittimus. minus tamen durat redditus in dimidia vel circa sz glo. pensionem que percipiebatur eo tempore quo peruenit ad ecclesiam. ⁊ subaudi. quare pro qua pensiōe dari debeat in emphiteosim. Aut in toto hic respondet. tunc cum datur in emphiteosim metiri emphiteosim. i. pensionem in contractu emphiteosi computari estimationi. seu precio rei. ex hoc precio. ¶ Nota primo qualiter pensio constitui debeat quando res est magne pensionis nec est diminuta. ¶ Nota secundo qualiter constitui debeat quando pēsio est diminuta. ¶ Nota tertio quemadmodum constituenda est pensio quando est parua vel nulla. ¶ Opponitur primo ꝙ iste. §. videatur inducere bellum intestinum. cum in vnoquoq̄ casu pēsio diuersimode constituatur. Solutio in primo casu pensio est magna: ⁊ in nullo diminuta. sed in secundo casu pensio est diminuta. In tertio vero casu pensio non est diminuta. sed est parua vel nulla respectu estimationis rei: vt hic notatur in glosa. ¶ Opponitur secundo ꝙ ecclesia deterioris sit conditionis ꝙ priuatus. cum ecclesia diminuat pensionem in sextam partem. priuatus vero in nihilū. So. diminutio fit propter sterilitatē. que quandoq̄ contingit varijs de causis. quo casu priuatus remitteret totum. vt. ff. locati. l. ex conducto. §. j. sed ecclesia nihil remittet. quia compensauit cum scrupulositate. vt hic notatur. ⁊ C. de sacro san. eccle. aut. ppetua. ¶ Opponitur tertio ꝙ ppter scrupulositatem ⁊ sterilitatē fieri debeat remissio. vt dicta. l. ex conducto. §. j. ⁊. C. de iure emphi. l. i. Solu. hic est spāle in ecclesia ppter sextā partem quam remisit. ¶ Opponit' quarto ꝙ minuta pensiōe nō debeat in emphiteosim dari p cōstāte pēsione. sed distingui debeat an emphiteota soluere velit pensionē ab initio an ex post facto. vt. j. de alie. ⁊ emphi. §. si vo quedā Solu. hic est ruinosa clade ibi vetustate. hoc nō plz. q: non interest qualiter sit ruinosa. vt. j. e. §. qđ aūt. ⁊ dicto. §. si vo. ibi antique habitatiōes deposite sunt. vbi loquit' generalr ⁊ indistincte. vel dic ꝙ hic aliquos hz redditus. ibi nullos: vel dic ꝙ illa hāc determinat ⁊ supplet. vel dic ꝙ hic res est minoris redditus in dimidia: vel circa ibi vo fere nullius ē redditus. scđa solo. plz ⁊ manifeste plz ex lra in dicto. §. si vo quedā. ibi ex qbus null' prebet' redditus. Sed tertia solutio ibi approbat' ⁊ in aut. ppetua. ⁊ in aut. si quas ruinas. sed hic reprobat' ⁊ approbat' quarta solo. Sed tertia nō plz. sed in casibus diuersis hec lex ⁊ illa loquunt'. qđ pz qr hic ē minoris pēsionis ibi nulli'. Et ideo ille. §. hūc nō supplet nec determinat. sz in suo casu vnūquodq̄ intelligi dz. itē quarta solo. ē nō plz. s. ꝙ ibi sit fere nullius pēsionis imo dicit ꝙ ē prorsus nullius. vt ibi pz in lra. in eo ꝙ dicitur deposite sunt. ⁊ in eo ꝙ subditur: ⁊ ex quib' nullus prebetur redditus. ⁊ in eo quod sequitur. vt autem vero ⁊c. Teneas ergo

bdam solutionē que est amica littere. ⁊ est scđa solutio. etiā in glo. in aut. ꝑpetua. ¶ Et ad declarationē huius materie distingue. aut res est hierosolimitane ecclesie: ⁊ tunc si de eius venditione tractatur dic vt habet. j. de aliena. ⁊ emphiteo. §. ⁊ hoc aūt. si vero de eius emphiteosi tractet forte idem seruabit̄ quēadmodum ⁊ in ecclesia constantinopolitana. vt. j. de aliena. ⁊ emphi. §. j. ⁊. ij. Si autem res est maioris ecclesie vel de cōpetentibus pauſtijs: eo casu dic vt dicto. §. j. ⁊. ij. ⁊. §. de cōpetentibus. si vero est alterius ecclesie distingue vt hic dicit̄ in glo. sed tu teneas qđ supra dixi. ⁊ glosam omitto. quia satis est clara. ⁊ ne aggrauem aliquos in multitudine scriptura. ¶ Opponit̄ quinto ꝙ nulla debeat fieri diminutio vt. j. de aliena. ⁊ emphiteo. §. ij. solutio. ibi est speciale vt hic notatur. ⁊ in aut. perpetua.

Scire autem. ¶ Casus breuis emphiteota si canonē non soluerit ꝑ biennium cadit a iure suo. ⁊ rē reddere cōpellitur. ⁊ pensionē ꝓ tēpore preterito soluere ⁊ damnum emendare nulla ꝓ melioritate retentiōe cōpetente: ⁊ hoc dicit vsq; ad. §. quod aūt. ¶ Expone litterā. Scire aūt. facit. ⁊. q. ij. §. quire. ⁊ hinc sumit̄ aut. qui rem posita. C. de sacrosan. eccle. sup. l. iubemus. ⁊ continua. Ꝺ. ꝑmisit emphiteosim. hic punit non seruantē emphiteoticum. alias est debitum aliorū priuatorū. emphiteotecarij. i. amittunt omne suū ius. defendere. Nota ꝙ in aut. qui rē que hic sumit̄ est repellere seu repelli. ⁊ expone defendere si possidēt vel dic vendicando. vel condicendo ex lege ista. vel dic auctoritate sua expellendo: ⁊ possessionē recuperādo. poterunt postea defendere ⁊ repellere emphiteotā. ⁊ sm̄ hoc repellere: ⁊ defendere tendunt ad eundem effectū. Et obligatū conditione ex hac lege. oēs preteritas.

¶ Nota scđo ꝙ biennium locum hʒ in emphiteota ecclesie. Nota scđo ꝙ non soluens emendat damnū ⁊ redditum preteritū soluit: ⁊ non vtit̄ retentione ꝓ melioratiōe. ¶ Opponit̄ primo ꝙ triēniū locū habeat. vt. C. de iure emphi. l. ij. solutio. ibi in emphiteosi priuata. ¶ Opponit̄ scđo ꝙ tpe finito soluendi redditus possit statim expelli. vt. C. loca. l. edē. ⁊. ff. loca. l. cū dñi. solutio ibi in simplici colono. ¶ Opponit̄ tertio de. §. inter locatorē. l. quero. ff. loca. solutio. ibi locatio fuit facta ad maius tēpus biennio. ⁊ pactū appositum de non expellendo. vt ibi notat̄. ¶ Opponit̄ quarto de. §. si vero. ꝑpetua. j. e. vbi ēt ꝓ futuro tpe soluere tenet̄ ēt solutio ibi peniū in forma vel in materia. hic in accidenti. i. in solutione pensionis.

¶ Opponit̄ quinto ꝙ ēt. post biennium celeri satisfactione soluere possit ⁊ morā purgare vt extra. de loca. c. fi. solutio ibi de equitate canonica ꝑmittitur moram purgare. j. modicū tēpus post biennium elapsum. hic vo de iure ciuili. vt. C. de iure emphi. l. ij. §. fi. ¶ Opponitur sexto ꝙ ꝓ deterioratiōe. nō teneat̄. vt. C. de iure emphi. l. j. ⁊ institu. de loca. §. adeo. ⁊. ff. loca. l. ex cōducto. §. j. solutio ibi casu hic dolo vel culpa lata siue leui contendit. ⁊ ideo tenet̄. vt. ff. de reg. iuris. l. cōtractus. ¶ Querit̄ nunquid idē sit in priuato ꝙ in ēphiteota ecclesie si rem priuati deteriorē fecit. Et est hic ar. ꝙ nō. quia quod de vno conceditur ⁊c. ⁊ quia idem est speciale ⁊c. vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. cum ita. §. fi. ⁊ de mino. l. ⁊ si sine. §. sed quod papinianus. ⁊. l. pater. in prin. Tu dic idem esse arg. C. loca. l. edem. ⁊ quia est eadem rō. vt. ff. de verb. obli. l. a titio. ⁊ ar. ff. de pigno. act. l. eleganter. §. fi. ¶ Queritur scđo nunquid emphiteota priuati si in solutione cessauerit ⁊ expellat̄ ꝑdat meliorationē. Et est casus ꝙ sic C. de iure emphi. l. ij. ⁊ idem videt̄ si ꝓpter deteriorationē expellatur ꝑ ar. a minori q: si id de quo minus ⁊c. sed si in omittendo hoc est. multo magis est in faciendo vt. ff. de vsufru. l. si cuius. §. de preteritis ⁊ de verbo. obl. l. si mora. ¶ Queritur tertio an idem sit seruandum in ꝑpetua emphiteosi. ⁊ videtur ꝙ non. q: non videtur dñi interesse. Tu dic idem. quia emphiteota non soluendo canonem cadit a iure suo. ⁊ res reuertitur ad ecclesiam.

Quod autem. ¶ Casus breuis. res imobiles ecclesiarum alienari ꝓhibent̄ in quācunq; ꝑsonam siue sint integre siue ruinose nisi in emphiteosi ⁊ a iure ꝑmissam rerū estimatione subtiliter facta ꝑ architectos omni reuolutione ⁊ machinatione remota. ⁊ hoc dicit vsq; ad. §. si quis aūt. expone litterā. Quod aūt ruina sit vt vetustate vel casmate. vt. ff. de mino. l. verum. §. penu. Mecanicis facit. ff. de acqui. re. do. l. lacus. §. j. Nec illud. ꝓ ⁊ non ⁊ ꝓ etiam. hactenus. ⁊ ante hāc legē. sed post constitutionē iustiniani. de qua fit mentio. Ꝺ. e. dudū vt. j. contractus emphiteosis. s. licitos: ⁊ in eorū calliditatē. ⁊ circumuentionē. de adiectione. que fiebat ea forma que sequit̄. vt vel addit adiectionem que fiebat contra tales cōtractus. illum. i. post scđm successorē. vnde. i. de quo ⁊ semꝑ eos accipientem in emphiteosim. ⁊ eius successores ꝑpetuū. eis locis venerabilibus reuerentissimis. alis sanctissimis. ¶ Nota primo ꝙ exceptio specialis de pricipe facta nō porrigitur ad alios casus vel ꝑsonas licet similes videant̄. ¶ Nota secundo ꝙ nō refert qualiter res sit ruinosa. ¶ Nota tertio ad architectos recurrendū esse. ¶ Nota quarto ꝙ eis non credit̄ nisi positis euangelijs. ¶ Nota quinto ꝙ hic requiritur scriptura

¶ Nota sexto ꝙ omnis reuolutio ⁊ machinatio. videt̄ eē remota.

Nota septimo que non licent simpliciter post tempus licere nō debent ꝑ reuolutionē. sic. C. de donatio. l. sancimus. §. si quis aūt. ⁊. §. seq. ¶ Opponit̄ primo ꝙ que licent principi licere debent ēt sue familie. ⁊ senatoribus. vt insti. de vsu. ⁊ habi. §. ij. ⁊. C. de aduo. diuer. iudi. l. iij. ⁊ de ꝓ. sa. scri. l. in sacris. ⁊. C. ad. l. iul. maie. l. si quis l pris. solutio. hic est regulare. vt ⁊. ff. de regu. iu. l. priuilegia. ⁊. l. a contractus. ibi casuale. ¶ Opponit̄ secūdo ꝙ euangelia tangi debeāt vt. j. iusiurandū qđ prestatur in prin. So. ibi est regulare. hic casuale ꝓpter epī reuerentiā vt. j. de sanctis. epis. §. nulli vero iudicum.

¶ Opponit̄ tertio ꝙ scriptura nō sit necessaria vt. C. de pactis. l. pactū cū similibus. Sol. hic est speciale ibi regulare. sic. C. de iure emphiteo. l. j. ⁊. ij. ¶ Queritur cū hodie ꝑpetua emphiteosis fieri possit. vt. j. de alie. ⁊ emphiteo. §. licentiā. an reuolutio ⁊ pactum huiusmodi valeat eo casu. Et respondet gl. ꝙ bene valet. q: fraus cessit ⁊ fraudis suspitio.

Si quis autem. ¶ Casus breuis. res ecclesie concedi pōt ad tps accipere volēti ad vsūfructū ⁊ alia eiusdem redditus statim in eius ꝯpensationē ecclesie vt tpe finito vtraq; res pleno iure ad ecclesiā redeat. ⁊ hoc dicit vsq; ad. §. Quia vero leōis. ¶ Expone litterā si quis aūt. facit. ⁊. q. ij. §. hic vsus. ⁊ hinc sumit̄ aut. hic vsus posita. C. de sacro san. eccl. super. l. iubemꝰ. mox. i. statim ab initio. post eius q̄ accepit. ¶ Nota primo casuʒ in quo ꝑmittitur alienatio ¶ Nota scđo ꝙ dare accipitur iꝓprie. ¶ Nota tertio ꝙ ꝯpensatio accipitur improprie q̄ñ fit de spē ad spēm. ¶ Opponitur primo ꝙ cōpensatio hic locū non habeat. s. de spē ad spēm. vt. ff. de condi. indebi. l. si non sortem. §. si centum. ⁊ de pigno. acti. l. si cōuenerit in prin. Solu. ibi ꝓprie. hic improprie accipit̄ compensatio. ¶ Opponit̄ scđo cōtra hanc solutionē de. l. fi. in prin. C. de cōpensa. vbi cōtra actionē in rem que datur ad spēm obijcitur cōpensatio. Solu. ibi ad estimationem deuentum erat. ¶ Opponitur tertio ꝙ res ecclesie nō detur accipiēti cum dare sit accipientis facere. vt insti. de acti. §. sic itaq;. ⁊. ff. de verbo. obli. l. vbi aūt. §. fi. Solutio hic verbū datur iꝓprie accipitur. sic. ff. depo. l. j. in prin. ¶ Opponit̄ quarto ꝙ ꝓprietas rei cōpensate non det̄ mox. vt. C. de sacro san. ec. l. iubemus. §. j. Solutio quod ibi dicit̄ hic corrigit̄ vt ibi notatur. vel dic ꝙ etiam iure veteri debebat ꝓprietas mox dari. vt. Ꝺ. e. §. hic igitur versi. si vero. Prima opinio videtur verior. Et exponit litteram ibi vt notaui in dicto. §. hic igitur.

Quia vero leonis. ¶ Casus breuis iconomi res ecclesiaꝝ in casibus prohibitis alienantes pena legis leonis afficiunt̄. ⁊ emptor preciuʒ amittit. ⁊ rē cum fructibus reddit. donatarius rem donatā cum fructibus reddere cōpellitur: ⁊ aliam eque bonam. ꝑmutator rem datam amittit ⁊ acceptam rem cū fructibus reddere cōpellitur. ⁊ hoc dicit vsq; ad §. si autem creditor. ¶ Expone litteram. Quia vero ⁊c. facit. ⁊. q. ij. qui vero res. ⁊ hinc sumitur aut. qui res posita. C. de sa. san. eccl. l. iubemus solum ꝓ solūmodo. Amatores periculi. i. pene ex qua sequitur periculū siue damnū. agunt. s. homines contractu. ꝑ quē res ecclesie alienant̄. statuere penam. vt qui non est sapiēs in culpa efficiatur prudens in pena. cadat quidē mox. i. statim ergo ipso iure: ⁊ non ꝑ exceptionē. vt. i. primo. §. ⁊ sequentibus. Et nota ꝙ ex hoc §. ⁊ sequentibus sumitur dicta aut. qui res. excepto fine illiꝰ aut. ibi. sed melius ⁊c. qui non est de corpore autenticorū sed verba sunt ver. Et non bene ponunt̄ ibi in ꝯparatiuo. q: ipso iure cadit a iure suo ꝑ hanc aut. ⁊ de rigore ⁊ de equitate. Preterea ꝑinde habetur ac si neq; a principio gestum sit. vt. Ꝺ. e. §. vult enim oino. i. ipso iure repensetur. i. det. ⁊ alis est repsentet agere. alis facere. cadat ipso iure. iuste ergo fuit sciens. ⁊ sm̄ hoc non refert an sit bone fidei vel male fidei. ei accipienti rem ex cā ꝑmutationis. ¶ No. primo ꝙ qui facit peccatū amat periculū siue penam. sic. ff. de postu. l. j. §. bestias. ¶ Nota scđo ꝙ ex delicto naturaliter quis obligat̄. vt. ff. de pac. l. j. in prin. §. j. ¶ Nota tertio de penis contra legē facientium. ¶ Nota quarto ꝙ locupletatur ecclesia cū aliena iactura. ¶ Nota quinto ꝙ iconomus de euictione tenet̄ ex cōtractu qui est cōtra legem. ¶ Opponit̄ primo ꝙ venditionis nomē sit generale. vt. ff. que res pig. obligari pos. l. j. §. j. ⁊ q̄bus modis pignus vel hypotheca sol. l. sicut. §. venditionis. ⁊ de sta. li. in fi. ¶ Solutio venditiōis nomen q̄ñq; accipit̄ large ⁊ iꝓprie vt ibi. q̄ñq; stricte ⁊ ꝓprie. vt hic. ⁊. C. de iure emphi. l. j. ⁊. ff. de pigno. l. in quorum. vel dic hic de odio vel pene iꝑpositione agitur ibi de fauore ⁊ ē hic mirabile ꝙ stricte accipitur cū in ꝓhibendo fauor versetur. sed hoc contingit odio pene quod est valde notabile. ¶ Opponit̄ secūdo ꝙ ex delicto nō obligetur quis naturaliter. sed ciuiliter tm̄ licet sit quis amator periculi. vt habetur ⁊ notatur institu. de iure natu. §. ius aūt gentium in glo. que incipit pene dicit. Solutio aut loquimur ciuiliter: aut ciuiliter primo casu obligatur naturaliter: vt hic. ⁊ ar. ff. de postu. l. j. §. bestias versi. deniq;. ⁊. ff. de pecul. l. id quod. §. j. ⁊ de pecu. l. licet. §. ex cā. ⁊ de pactis. l. si tibi. §. quedam vbi de hoc. ⁊ de his qui no. infamia. l. seruus. vel dic ꝙ crimen siue titulus cōis descendit a

iure

iure ciuili.sed ꝑpter tale crimen obligat naturaliter.quia volendo
delinquere amat penam.⁊ vult obligari.vt.ff.de acti.⁊ ob.l. sui ex
delicto.⁊ notatur.ff.de regu.iuris.l.in personam. ¶ Opponitur
tertio ꝙ ex inutili contractu non detur actio.vt.C.de legi.l.non du
bium ⁊.ff.de actio.⁊ obli.l.obligationes.Solutio ibi erat inutilis
simpliciter hic sm quid.i.fauore ecclesie tantum:⁊ odio iconomi.⁊
ideo valet.vt.C.de predi.mi.l.⁊ si his.vel dic sm gl.ꝙ ex inutili cō
tractu agitur vt ⁊ argu. ff.de actio.emp.l.ex empto.§.is q.⁊ de cō
trahen.emp.l.sed celsus.§.j.sed certe iste leges loquūtur quando
contractus ab initio tenuit.item facit.ff.de pig.actio.l.solutuz.§.
ij.Sed ibi contractus fuit preter leges.Tu dic aut contractus est
inutilis ab initio.aut ex postfacto.Primo casu si est contra legem
non oritur actio.nisi lex vltra procedat dando actionē vel exceptio
nem.vel confirmando.vt dicta.l.non dubium.⁊ dic vt ibi notatur.
Si vero est preter legem tunc oritur actio.vt dicto.§.ij.⁊.l.si rez.§.
penul.ff.de pignora.actio.Secundo casu oritur actio.vt dicto.§.
is qui.cum concordan. ¶ Opponitur quarto ꝙ iconomum agen
tem possit exceptione repellere.quia paria delicta ⁊c.vt.ff.solu.ma
tri.l.viro ⁊.l.cū mulier.Et qa potior est conditio possidentis.vt.l.
ij.⁊.l.si ob turpem.ff.de condi.ob tur.causam respondeo ꝙ emptor
hic fuit bone fidei.⁊ dic vt in glo.vel dic ꝙ non interest an fuerit bo
ne fidei vel non.vt notatur.x.q.ij.l.qui vero res.⁊.xij.q.ij.c.mone
mus.vel dic ꝙ si fuit stipulatus vel pactus agere potest alis non.vt
C.de euic.l.si fundum.⁊ de agri.⁊ cens.l.quemadmodū.vbi de hoc.
¶ Opponitur quinto ꝙ ecclesia nō retineat preciuz quia sm hoc
locupletabitur cum aliena natura alis lactura.quod esse non debet
vt.ff.de condi.inde.l.nā hec natura.Solutio vt in gl.no.⁊.xij.q.ij.
monemus.glosa tamen que est C.de sacrosan.eccle.super aut.qui
res.videtur dicere contrarium.⁊ male idem ꝙ hic notatur in dicta
l.iubemus.§.sane.⁊.xij q.ij.in antiquis. ¶ Opponitur sexto ꝙ
donatarius non compellatur donare eque bonam.vt.C.de dona.l.
nec ignorans.cum similibus.Solutio vt in glo.notatur.vel dic ꝙ
non est donatio sed pene solutio. ¶ Queritur primo quid si pre
cium non est solutum ab emptore an peti potest.dic vt notatur in di
cta.l.iubemus.§.sane. ¶ Queritur secundo quid si iconomus nō
est soluendo.vel nihil habet.dic vt notatur in dicta aut.qui res vel
dic ꝙ emptor sibi imputare debet quia fuit in dolo vel culpa.vt.ff.
de regu.iuris.l.quod quis.secus si fuerit emptor bone fidei qr ec
clesia cultrix vel altrix iusticie non patitur contra iusticiam aliqd
fieri in se vel in alterum.vt decima colla.de alie.feu.§.inde potest ⁊
extra de dona.c.per tuas. ¶ Queritur tertio an actio detur cōtra
iconomum siue emptor fuerit sciens siue ignorans.⁊ videt ꝙ si fuit
sciens nulla detur actio.vt.C.de euic.l.si fundum.Econtra videtur
ꝙ actio detur siue sit ignorans siue sciens quia licet emptor fuerit i
dolo:⁊ iconomus in dolo dolus iconomi dolo emptoris preponde
rare videtur.vt notatur in dicta aut.qui res.⁊ pro hoc facit quod
dicitur hic in l fa.in.§.si autē permutatio ꝙ emptor cadat ab vtro
q̄ iuste ergo emptor fuit sciens.item pro hoc facit id quod dicitur
in.§.si quis igit.emerit.ibi vt metu sue substantie.⁊ si non ⁊c.Pre
terea littera ista loquitur generaliter ⁊ indistincte.vtl.ff.de publi
ciana.l.de precio.⁊ de le.prestan.l.j.§.generaliter.⁊ ad.l.si fundum
respondeo ꝙ hic fuit stipulatus vel pactus.vt ⁊ notat.dicta.l.quē
admodum.vel dic ꝙ hic ratione officij tenetur iconomus.quia do
lus eius preponderat.ar.C.de predi.mino.l.⁊ si his.

Si autem creditor.

¶ Casus breuis creditor qui pro pecunia mutuata rez immo
bilem pignori accepit regulariter a contractu cadit ⁊ pecuniaz per
dit nullam habiturus actionem contra ecclesiam.Sed contra ico
nomum vel prelatum.his obtinentibus etiam in abbatissis.fallit si
ecclesie necessitas vel maxima immineat vtilitas.quo casu genera
lis permittitur hypotheca spāli prohibita.⁊ hoc dicit vsq̄ ad.§.si
vero ⁊c. ¶ Expone litteram.si autez creditor ab hoc cadat.i.ab hu
ius auri repetitione.⁊ dic ipso iure.vsq̄ ad generalem inclusiue.
¶ Nota primo ꝙ res immobiles ecclesie obligari non possunt.
¶ Nota secundo ꝙ creditor aurum perdit.⁊ ecclesia lucratur.
¶ Nota tertio ꝙ contra iconomum ⁊ prelatum habet actionem.
¶ Nota quarto ꝙ generalis hypotheca permittitur.⁊ specialis
prohibetur. ¶ Opponitur primo ꝙ etiam specialis permittatur.
Sed dic vt no.S.e.§.nos igitur. ¶ Opponitur secundo ꝙ icono
mus ⁊ prelatus non teneantur cū nihil habeant.vt.S.de monachis
§.illud.nam inanis est actio ⁊c.vt.ff.de dolo.l.nam is.Solutio.sz
quosdam affines ⁊ consanguinei eorum tenentur hec non placet vt
in glo.notatur.vel dic secundo ꝙ hic loquitur quando habebat ad
huc bona.hec etiam non placet.quia illa bona non manent sua.vt
in.§.si qua mulier.⁊.S.de mona.§.si vero filias.vel dic tertio ꝙ hec
constitutio loquitur de monachis vel abbatibus qui ante constitu
tionem illam de monachis intrabant monasterium qui non perde
bant propter ingressum rerum suarum dominium.vt.j.hec constitu
tio inno.cōsti.de his q ingrediunt monasterium.⁊.C.de sacrosan.ec.
l.generaliter ⁊ de episco.⁊ cle.l.si quis presbyter ⁊.l.sacrosce nec hoc
placet.quia leges futuris dant formam negocijs.vt.C.de legi.l.le
ges:vel dic quarto sm aldricum ꝙ hic loquitur de eo quod acquisi
uit ex genere coniuncto.⁊ dic vt in glosa.Sed dic ꝙ in ipso mona
cho non posset habere locum.quia propriū habere non potest.vt
habetur:⁊ notatur.xviij.q.j.c.j.⁊.xvj.q.j.c.de monachis vbi de hoc
vel dic quinto sm quosdam.ꝙ quidam sunt abbates laici non mo
nachi qui propria habere possunt.Nec hoc placet:vel dic sexto sz
quosdam ꝙ abbates omnes propria possunt habere ⁊ est in eis spe
ciale propter dignitatem quaz habent.vt hic.⁊.j.e.§.sicut.nec hoc
placet vt extra de testa.c.ij.Tu dic septimo.ꝙ propria habere non
possunt.Sed ex delicto magis q̄ ex contractu obligantur natura
liter.sicut ⁊ sui.vt.xj.q.j.de persona.ver.si quis cōtra aliquē.⁊.xij.
q.j.c.non dicatis.⁊ ar.ff.de mino.l.ꝙ si minor.§.si seruus.

Si vero etiam perpetuam.

¶ Casus breuis emphiteota q rem
in emphiteosim accepit legis obseruatione omissa rē reddit.⁊ qd
dedit perdit soluturus quod soluere tenebatur pro vnoquoq̄ ano.
tabellio qui scripsit instrumentum in exiliuz damnatur ⁊ ab officio
remouetur.iudex vero dignitate spoliatur.⁊ bona eius publicātur
ijsdem penis seruandis etiam in his que super rebus sacris cele
brant contractus nisi pro captiuorum redemptione eadez similiter
obseruatione obtenta super alienatione ciuilium panuz. Et hoc di
cit vsq̄ ad.§.quia vero verisimile.expone litteram.si vero etiam ca
dat ipso iure.⁊ quod datum est.id est si aliquid ob id dedit.soluere
idest soluturus pro futuro tempore.propter alienationem.idest ad
hoc vt facilius alienent.a qua haud quidam habent haud cum aspi
ratione h.⁊ ponitur pro non.⁊ sm hoc habeas in textu inferi' mi
nori.⁊ non habeas maiori.alij habent aut proprie ⁊ sine aspiratio
ne.⁊ tunc habeas.j.in textu maiori ⁊ non minori.quanto.s.magis
⁊ lege interrogatiue.impie sub.q̄ circa alienationem aliarum re
rum immobilium que non sunt sacre ⁊ dic certe multo magis.aliqd
VT antiquis legibus. ¶ Diuide titulum in partes tres. Primo prohibet. Secūdo punit. Tertio cassat ⁊ irritat. Secunda pars incipit in. §. pconizamus. Tertia in. §. si quis autem. ¶ Casus breuis. lenones qui iuuenculas decipiunt: ⁊ ad vitam miseram deducunt vltimo supplicio puniendi sunt. ⁊ pena decem librarum auri: ⁊ domus publicatione domino domus imminente: nulla contra hanc legem valitura cautione vel fideiussione. Et hoc dicit. Uel dic breuius lenones mulierum hac lege phibentur. pena contra facientibus imminēte. ⁊ hoc dicit. ¶ Expone litteram. Et antiquis ex causa scz lenonum. intantū visum est esse odibile. eos odibiles lenones ⁊ vestē. s. dare. ⁊ celebrare. s. lenones obseruabāt mulieres. ex petere lenones actionē. ⁊ actū. habitatiōes in quib⁹ morabant meretrices. miserātes. i. misericordiā habentes: crebro. i. freqnter vel cito. Sancimus igitur ne talia scelera ⁊ impietates decetero committantur. pāture facit. ā. de non eligendo. §. cū igitur ver. optimū ⁊ quo. opor. epis. §. quanta. versi. qui vero eas. ⁊ extra de pba. c. causam ad fi. ⁊ xxxij. di. c. hoc ast. ⁊ c. hospitiolum. ⁊ c. seque. ⁊ xxxiij. q. v. tunc saluabitur. humanam. i. multe hominibus ad malitiā vie sunt. vt. j. de nup. §. minores. Meretricem. i. mulierem inductā ad meretricandum vel dic proprie cogat vere vel presumptiue eis mulieribus. ciuitatem maxime. vt. j. e. versi. mulieres. inuitam. facit. j. e. versi. mulieres. si enim bene dixit pretores hoc debitum emendare debere. furtum facit extra de elec. c. innotuit. ¶ Nota primo q summa misericordia ⁊ pietas est meretricem ad matrimonium ⁊ castitatē deducere. ¶ No. secundo ibi decies milies. colorē rhetoricum. ¶ Nota tertio q castitas sola deo ⁊c. ¶ Nota quarto q lenones appellantur pestiferi ⁊ cōmunes vastatores castitatis. ¶ Nota quinto q castitatis furtum ⁊ latrociniū fieri pōt. ¶ Nota sexto q lex mulieres caste viuere hortatur. ¶ Nota septimo q princeps studium suum ⁊ labores circa castitatem ⁊ pietatē ducit ⁊ rei publice incremētum ex hoc sequitur. ¶ Opponitur primo q pena infamie ⁊ non capitis locum habeat. vt. ff. de his qui no. infa. l. athletas. §. ait pretor. Solu. ibi de lenonibus meretricū sua spōte ⁊ non lenonum causa peccantium vel occasione hic de lenone illarum mulierum. ¶ Opponitur secundo q licet mulieres sint volentes nihilominus pena legis locum habeat. vt. C. de episc. ⁊ cler. l. raptores. ⁊ de raptu vir. l. j. §. fi. Solu. subaudi hic maxime. vt notatur hic in glosa. ⁊ hoc intellige si leno mulieri dedit causam vel occasionem peccandi. ⁊ nō aliter. Et dic hic in. §. preconizamus inuitam puellam presumptione iuris. ⁊ facit. ā. e. in prin. ⁊ versi. quia vero plurima. ⁊ ā. proxime. ibi inuitā puellam. ⁊ j. e. ver. mulieres ⁊ hec est equitas summa fauore mulierū. ⁊ odio delinquētium lenonum. ¶ Opponitur tertio q fideiussor teneatur. vt. C. ⁊ ff. ⁊ insti. de fideicom. Solu. hic ex turpi causa intercessit. vt. ff. de fideius. l. cū lex. ¶ Opponitur quarto q fideiussor nullo modo vel iure sit obligatus. vt. ff. de pac. l. iurisgentiū. §. si ob maleficiū. So. vt hic ⁊ ibi notatur. sed dic q nulla est obligatio nec ciuilis nec naturalis vt hic ⁊ ibi patet in littera. quia a quo remouetur genus ⁊ omnis species videtur esse remota. vt. C. ne fiscus rē quā ven. euin. l. j. li. x. ⁊ ff. de fun. instru. l. fundi. §. fi. ¶ Argumētum est hic q si potestas habeat contra fures ⁊ latrones inquirendi ⁊ puniēdi q si virgo fuerit clam vel publice deflorata q potestas habeat arbitrium in tali crimine. vt hic in. §. preconizamus. vbi dicitur q castitatis furtum vel latrocinium cōmittitur. ⁊ facit extra de elec. c. innotuit. ⁊ arg. in insti. de obliga. que ex delic. nas. §. interdum. ⁊ ar. ff. de fur. l. qui tabulas. §. fi. Preterea voluptatis cōpletio ⁊ libidinis satisfactio furtum ⁊ furti actionem inducit. vt. ff. de condi. ob tur. cau. l. pe. Econtra videtur q non sit furtum quia. l. iulia de adul. ⁊ stupro. ⁊ de vi tenetur. vt. ff. de adulte. l. mariti. §. fi. ⁊ l. vim passam in princi. ⁊ C. de adulte. l. fedissimā. Preterea furtum est contractatio rei aliene corporalis: ⁊ que in bonis sit alicuius. vt. ff. de fur. l. j. §. fi. vbi de hoc. ⁊ l. hereditarie. ⁊ insti. de oblig. que ex delic. nas. §. j. Sed nemo est dominus membrorum suorū. vt. ff. ad. l. aquil. l. liber homo. in pri. ¶ Ergo proprie non videtur furtum esse cōmissum. Item regulariter libero homine detento furtū non cōmittitur: nec furti actio datur detento sed alijs remedijs iuris ei consulitur vt per interdictū l. fauie de plagia. vel de priuato carcere. vt. ff. de libe. homi. exhib. l. ij. ⁊ iij. in prin. ⁊ ff. ad. l. fau. de plagia. l. penultima. vbi de hoc. et C. e. l. si fratrem. ⁊ l. liberum. ⁊ de priua. car. l. j. Sol. de equitate videtur esse furtum. Sed questio disputabilis est ⁊ sabbatina ⁊c.

¶ De defensoribus ciuitatis.

¶ Hanc rubricā continuare potes: ⁊ sic superius dictū est de iudicibus. vt in titulo. vt iudi. sine quoquo suf. ⁊ seq. Sequitur videre de defensoribus ciuitatū. Uel dic aliter. supra dictum est de iudicibus maximis ⁊ medijs. Sequitur videre de minimis.

NIsi velociter. Diuide titulum in partes tres. Primo de electione defensorum. Secundo de officio ⁊ iurisditione eorum. Tertio de tempore administrationis exercende. Secunda pars incipit in. §. iusiurandum. Tertia in. §. que igitur. ¶ Item prima pars subdiuiditur in duas. Primo de veteri electione. Secūdo de noua. Secūda incipit in. §. interim. ⁊ durat vsq ad. §. iusiurādum. ¶ Casus breuis. Defensores ciuitatum debent eligi honesti viri fide digni. ⁊ ciuitatum nobiliores. ⁊ per circulum prestito iuramento ab electoribus antiqua solēnitate seruata. ⁊ hoc dicit vsq ad. §. iusiurandum. ¶ Expone litteram. Nisi velociter antiquorum numerum. vt. C. e. l. defensores nihil habebimus nisi velociter reuocemus alijs officialibus patientes subditi nunc autem. i. tempore cōpilationis huius constitutionis. misericordia. i. precibus q̄ electione. i. bonitate ⁊ veritate que considerātur in electione. vt. ā. de mona. §. ordinationem eos defensores delinquentes occasionem inde sumentes vt fecit lupus agno de turbatione aque. nam occasionem querit qui vult recedere ab amico. vt. ff. de iur. do. l. pe. agētes psides. iudices idest aduocati in nouissimo. i. infimo ab eis defensoribus. psumūt. s. defensores. eis psidibus. ⁊ illorū psidum. conficiant acta. summant officiū. i. honorem ⁊ statū iudicū. quē olim pdiderunt. iudex. i. pses iudicū. i. defensorū. interim illud ex hoc. §. ⁊ sequētibus sumit aut. psides gētium. posita. C. de epi. au. sup. l. iubemus. declinare. i. euitare se esse defensorē. Sed in vicē. i. in recōpensationem habitationis. vniuersis alis est vniuersis ⁊ nobiliorib⁹. ⁊ tunc expone. i. nobiliorem oībus habitatorib⁹ adimpleant. i. eligāt. Alia lra est vniuersi nobiliores. ⁊ hec est planior. hoc misteriū. i. hūc honorem defensoris. tēporibus. i. antiquissima tempora. hoc. i. esse defensorē. circulum. i. per modum circuli. in vnum congregatis ⁊ votum suum exprimētibus singulariter. reuertētib⁹. ad inuicē p pdictā curā. i. credo defensorē. ministrātibus. i. puidētib⁹ habitatorib⁹ defensor esse videat put erat tempore antiquissimo. ¶ Nota primo q nomen dz esse ɋsonās rei. ¶ Nota secūdo in ver. deniq q occasionē querit q vult discedere ab amico. sic. ff. de iu. do. l. pe. in fi. ¶ Nota tertio in vbi. Que vero q ex psone qualitate ⁊ fide fides scripture habēda est vel nō. vt. C. de pba. l. iubem⁹. ⁊ ad. l. cor. de fal. l. fi. ⁊ extra de fi. instru. c. cū dilectus. ad fi. ⁊ ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. j. ¶ Nota quarto in versicu. nos igitur. quāto enim quilibet preest melioribus tanto ipse maior ⁊ honestior est. ¶ Nota quinto q nobiliores ciuitatū eligi dbēt ad cā honorē. ¶ Not. sexto q electio

debeat fieri ꝑ circulum. ⁊ omnis si vota bis requiri. ¶ Argumentum est
hic in. §. que vero ꝙ ex ꝑsona tabellionis scribentis fides scripture
habenda sit vel non habenda. vt ꝓbatur hic ⁊ in legibus supradictis.
¶ Item est argumentum ꝙ si testes vel instrumenta adinuicem con
tradicant ⁊ a diuersis partibus producuntur ꝙ inspiciendum est quis
dignior sit. vt. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. j. ad idem faciunt
leges superius allegate. Item est argumentum in. §. nos igitur ꝓ
doctore qui habet bonos ⁊ honestos scolares. ⁊ facit in prohemio
ff. §. fi. ¶ Argumentum est etiam de electione canonicorum quam fa
ciunt irrequisitis absentibus. Sed dic ꝙ de iure canonico debent
absentes requiri si in prouincia eadem sint. ⁊ dic vt extra de electi.
c. cum inter vniuersas. ⁊ c. seque. ⁊ ibi notatur per Innocen. ⁊. vij. q.
j. c. factus est. sed de iure ciuili sufficit eos solenniter vocari qui pre
sentes sunt. ⁊ absentes non est necesse vocare. vt hic. ⁊. C. de decu. l.
ij. ⁊. l. nominationum lib. decimo. Item est argumentum ꝙ tabellio
nis heredibus fides non habeatur de scripturis ⁊ actis tabellionis si ta
bellio fuerit ꝑsona inhonesta ⁊ non fide digna. Argumentum est hic etiam
ꝙ heres tabellionis instrumenta in nota redacta non possit in pu
blicam formam redigere sine autoritate superioris. vt extra de fi.
instru. c. pe. vbi de hoc.

Jusiurandum. Continua supra dictum est de electio
ne defensorum sequitur videre de iu
risditione ⁊ officio eorum. Diuide vsque ad. §. deinde eos. in partes
quinque. Primo de iureiurando. Secundo de tempore. Tertio de
confirmatione. Quarto de priuatione. Quinto de iurisditione. se
cunda pars incipit in. §. confirmandus. tertia in. §. in biennio. quar
ta in. §. non habente. quinta in. §. nulla. ¶ Casus breuis. defensor
ciuitatis iusiurandum prestare debet in biennio solo administraturus
confirmandus a prefecto ⁊ remouendus voluntariam exercens iu
risditionem ⁊ non meri ⁊ mixti imperii preside non valente iurisdi
tionem ipsius impedire. ⁊ hoc dicit. ¶ Expone litteram. confirman
dus autem sicut nunc. i. tempore compilationis huius. vt. C. e. l. defen
sores. Ita inde. i. ab eo. ei defensori. priuatio facit. ij. q. iij. encenia.
ver. sed illud. vnde. i. a quo datur. vt extra de of. archi. c. ad hoc nos
in fi. administratori. i. presidi. vices. i. vicarios agentes. i. vicarios
non valentes. facit. j. vt iudi. sine quoquo suf. §. oportet enim ver.
non simimus. iudice. i. preside. agendum per defensorem ei presidi.
homines. i. defensores. voluerit alias noluerit ⁊ dic. s. aliquis. ⁊. j. dic
agere. s. quelibet. alias noluerint. ⁊ dic defensores agere. expone. i.
defensores. eos. s. presides ciuitatibus. iudex. i. presses. sic. C. de pala.
l. nihil. libro. xij. ¶ Nota primo de iuramento defensorum. ¶ No
ta secundo de confirmatione. ¶ Nota tertio de tempore. ¶ No
ta quarto. qui confirmat dat. ¶ Nota quinto ꝙ eius est adimere
cuius est dare. vt. ⁊. ff. de offi. proconsul. l. solent. §. i. ¶ Nota sexto
ꝙ defensor habet voluntariam iurisditionem. ¶ Nota septimo ꝙ
superior non potest iurisditionem inferioris impedire. ¶ Nota
octauo in fine. §. nulla ꝙ defensor non habet merum nec mixtum im
perium. ¶ Nota nono ꝙ cause meri ⁊ mixti imperii maximis ⁊ me
diis committuntur specialiter ⁊ in priuilegium.
¶ Nota decimo ꝙ generale dictum restringitur per sequentia.
¶ Nota vndecimo ꝙ preter excludit. ¶ Opponitur primo ꝙ iu
dex secundum conscientiam possit iudicare. vt. j. iusiuran. quod prestatur
§. ⁊ equius. Solu. vt hic ⁊ ibi notatur. ¶ Opponitur secundo ꝙ
confirmatio non sit necessaria. vt extra de elec. c. cum inter cano. vbi
de hoc. ⁊. lxiij. distin. in synodo. ⁊. ff. de auc. tu. l. j. Solu. aut eadem
est persona electoris ⁊ confirmatoris aut diuerse sunt persone. Pri
mo casu. eo ipso ꝙ eligit confirmasse videtur. vt dicto. c. in synodo.
⁊ hoc habet locum quando ex eadem causa procedit vtrunque. Si
vero alia est causa eligendi. vt si arbiter est. ⁊ alia confirmandi. vt
quia est iudex. tunc necessaria est confirmatio. vt dicto. c. cum inter
vbi de hoc. Secundo casu confirmatio semper est necessaria. vt hic.
¶ Opponitur tertio ꝙ non sit verum ꝙ eodem modo procedat pri
uatio sicut ⁊ datio. Immo facilius debet procedere destructio quam
constructio. vt extra de transla. epi. inter corporalia. in prin. Solu.
hic in incorporalibus. ibi in corporalibus. vt ibi patet in littera.
¶ Opponitur quarto ad idem. de. l. non statim. ff. de pecu. Solu.
vt. j. prox. vel dic ꝙ ibi ab vna ⁊ eadem ꝑsona dependet vtrunque. ⁊ ideo
facilius destructio quam constructio procedit: quia in potestate vnius
consistit. ¶ Opponitur quinto ꝙ preses possit remouere defenso
rem. vt. j. de iudicibus. §. vno quoque. ver. si vero iudex. Solu. hic in
defensore: ibi in emptore ⁊ executore. ¶ Opponitur sexto ad idem
vt. j. vt iudi. sine quoquo suffra. §. volumus. ver. si autem ipsi. So
lu. hic est speciale. arg. j. e. ver. denique. vel dic ꝙ hic habetur copia
superioris. i. prefecti. ibi vero non. vel dic hic in iudice ordinario ibi
in delegato vel loci seruatore. hec solutio ⁊ proxima placet. ¶ Op
ponitur septimo ꝙ prefectus non possit remouere defensorem. vt
C. de of. pre. aug. l. j. Solutio hic in prefecto preto. ibi in prefecto
augustali. vel dic prefectus ibi non remouet iudices quos non con
firmauit. vt ibi. sed hic remouet quia eos confirmauit. ¶ Oppo
nitur octauo ꝙ qui confirmat non dat. vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. ⁊
quia. Solue vt ibi notaui. ¶ Opponitur nono ꝙ vicarium liceat mit
tere. vt. j. de collato. §. antequam. So. ex causa mittere potest antequam ꝓ
uinciam ingrediatur. vt ibi post non vt hic. ⁊. j. de administra. §. j. ⁊ de
colla. §. ad hoc ꝓhibemus. ¶ Opponitur decimo ꝙ testamenta
apud magistrum census debent insinuari. vt. C. de episco. ⁊ cleri. l.
repetita. ⁊ de testa. l. consulta. Solutio hec corrigit. vel ibi in vrbe.
hic in prouincia. vt. C. de do. l. in hac ¶ Opponitur vndecimo ꝙ
inferior iurisditionem amittat per maiorem. vt. xxxj. dist. c. denique.
⁊. xj. q. iij. c. qui resistit. ⁊ extra de of. lega. c. dolentes. ⁊ de priuile. c.
antiquas. So. vt notaui plene. C. de do. l. in hac. ¶ Opponitur duo
decimo ꝙ superior possit inferiorem. i. defensorem prohibere quod
agere vult. ⁊ ei precipere. vt. j. de questore. §. si vero forsan. Solutio
ibi inferior iurisditionem suam denegauit. ⁊ ideo deuoluitur ad su
periorem. vt ibi. ¶ Opponitur decimotertio ꝙ superior iurisdi
tionem habeat in inferiorem. vt. j. vt dif. iud. §. si tamen contigerit.
Solutio ibi inferior iurisditionem denegauit. ⁊ ideo superior eum
cogere potest iurisditionem exercere. ¶ Opponitur decimoquar
to ꝙ inferior superiori exhibere debeat omnem reuerentiam. vt. ff.
de of. proconsul. l. ⁊ ideo. Solutio hic est regulare ibi speciale in prin
cipe. cui omnis anima debet esse subdita. vt. C. de episco. ⁊ cler. l. iu
bemus. §. fi. vbi de hoc. ⁊ de legibus. ⁊ consti. l. fi. ¶ Opponitur de
cimoquinto nonne videmus ꝙ in lombardia ⁊ tuscia defensores ci
uitatum exercent merum ⁊ mixtum imperium. quod hic negatur.
ibi preter illa que ⁊c. Solutio a principe habent priuilegium vel ꝑ vsur
pationem. ⁊ lombardi habent per pacem constantie priuilegium. vt
hic notatur. ⁊ decima colla. de pace iuramento firmanda. §. iudices.
¶ Queritur primo quid si defensor preside presente non vult red
dere ius petentibus. sed eos ad presidem remittere pro iusticia an po
test. Et videtur ꝙ sic. vt. ff. de damno infec. l. iiij. §. pe. Ar. est contra. quia
actor habet electionem coram quo iudice agere vult. vt notatur. C.
vbi in rem ac. l. actor. Et etiam patet ex diffinitione iurisditionis. vt
hic notatur in magna glo. ⁊ ad hoc accedit dictus. §. nulla. ⁊. j. e. §.
⁊ iudicare. ⁊. §. audient. ⁊ hec est veritas. ¶ Queritur secundo nunquid
quid defensor ciuitatis in integrum restitutionem dare possit. Re
sponde secundum glo. iure veteri non. vt. ff. ad municip. l. ea que. §. j. Sed
hodie est contra. quia potest delegari specialiter ⁊ generaliter. vt
C. vbi ⁊ apud quem. l. fi. in fi. ergo competit iure magistratus. vt. ff.
de of. eius cui man. est iurisdi. l. j. §. que vero. vt hic notatur. ⁊ dicta
l. fi. ⁊ hoc intellige vsque ad. ccc. aureos. et non vltra. vt. j. e. §. ⁊ iudi
care. ⁊ arg. insti. de att. tu. §. j. ¶ Queritur tertio an vniuersitas que
dat iurisditionem possit exercere iurisditionem. ⁊ Jaco. dicit ꝙ non
⁊ bene quia licet det iurisditionem non tamen habet iurisditionem. vt
notatur ꝑ eum. extra de consti. c. cum accessissent. ⁊ de of. ordi. c. iij.
Vel dic ⁊ forte melius ꝙ vniuersitas nec habet: nec dat iurisditio
nem nisi de negociis publicis. sed eam dat lex vel princeps vel pre
fectus pre. vniuersitas autem solummodo electionem facit ⁊ prefectus
confirmat quod est maius. vt. C. de iurisdi. om. iudi. l. fi. ⁊. j. e. §. in
terim. ⁊. C. de episco. au. l. iubemus. ⁊ de defen. ciuita. §. defensores
ita. ⁊. j. eo. §. confirmandus. ⁊. §. non habente. vbi dicitur ꝙ prefe
ctus confirmat defensorem. ⁊ eum dat. ergo ⁊ iurisditionem dare vi
detur. ¶ Queritur quarto an consuetudo det iurisditionem in cau
sis meri ⁊ mixti imperii. Et glo. dicit hic ꝙ sic vt in magna glo. in fi.
⁊ est ar. pro gl. C. de fun. limitro. l. ij. lib. xj. ⁊ de diuer. of. l. viros. in
fi. lib. xij. ⁊ de pascuis publi. l. j. in fine. lib. xj. ⁊. C. de emanci. lib. l. j.
⁊. l. fi. Sed dic secundum Jo. ⁊ Azo. ⁊ Odo. ꝙ consuetudo non dat iuris
ditionem meri ⁊ mixti imperii. sed voluntariam. vt notatur ꝑ Odo.
ff. de iurisdi. om. iudi. l. more. §. item consuetudo. vel dic contentio
sam in causis que non sunt meri ⁊ mixti imperii quia lex ⁊ consue
tudo equiparantur. vt. ff. quod cuiusque vniuer. l. item eorum. secundo
responso. sed lex dat. vt. ff. de iurisdi. om. iudi. l. ⁊ quia. ergo ⁊ consue
tudo non procedit hoc arg. semper quia lex est principis. sed consue
tudo est populi. sed glo. tenet hic contrarium. ⁊ questio sabbatina
est. ¶ Queritur quinto an semper cum vniuersitas electionem fa
cit ⁊ dat iurisditionem aliquam. vel potestatem sit necessaria confir
matio superioris. Et est hic ar. ꝙ sic. ⁊. C. de. l. rei pu. l. j. E contra vi
detur ꝙ non. vt. C de iurisdi. om. iudi. l. fi. Tu dic necessariam esse.
vt dicta. l. j. ⁊. C. de decu. l. ij. libro decimo. ⁊ notatur. ff. quod cuius
que vniuersi. l. nulli. Et secundum hoc responde ad dictam. l. fin. ꝙ ibi supe
rioris autoritas intercessit. Sed de consuetudine contrarium ob
seruatur in ciuitate Bononien. Et de hoc notatur. ff. de iurisdi.
om. iudi. l. ⁊ quia.

Deinde eos. Continua supra proximo. §. dictum est de
iurisditione defensorum sequitur adhuc de
eorum iurisditione videre. ¶ Casus breuis. Defensor publica
debet exigere tributa. et inordinate agentes videre. ⁊ publicum
remouere tumultum. et officiales prouincie debent ei auxilium
impartiri. ⁊ ex prouinciali curia vnam exceptionem. ⁊ duos officia
les habere. Et hoc dicit vsque ad. §. et iudicare.
¶ Expone litteram. deinde eos contumacie. idest propter contu
maciam eorum qui contemnunt soluere tributa. interesse. s. defensores

⁊ is defensor.ipsis inornate viuentibus ⁊ dic.i.contra eos vel dic planius.idest subditis ornate viuentibus seu testimonium coram preside.cum ipse habeat iudicare.Uel dic coram se.sed improprie accipitur testimonium.nisi de eo quod vidit vt iudex.⁊ habet ⁊ notatur.ff.iusiurā.§.⁊ equus.⁊ facit.ff.de testi.l.ob carmē.§.j. ¶ Et est hic argumē.ꝙ iudex possit esse testis de his que aguntur coram eo.vt hic.⁊.C.de fide instru.l.apud eos.⁊ dicta.l.ob carmen.§.j.et C.de arbi.l.ne in arbitris.§.finautem.⁊ absolute.l.vt breuiter dicam.iudicum.i.presidum.ordinem.s.defensores.sub illorum defensorum.eis defensoribus. ¶ Nota primo ꝙ defensor debet exigere tributa publica. ¶ Nota secūdo ꝙ inornate viuentes debet videre ⁊ de eis testimonium perhibere. ¶ Et est argu.ꝙ doctor de peritia ⁊ honestate discipulorum debeat testimonium phibere.vt.C.de aduoca.diuer.iudi.l.nemini.§.iurisperitos.⁊.xij.q.j.c.ij. ¶ Nota tertio ꝙ officiales debent defensoribus auxiliū impartiri. ¶ Nota quarto ꝙ defensor non eligit sibi officialem sed officiales querit ⁊ recipit ex prouinciali curia. ¶ Argumētum est hic ꝙ milites ciuitatis talij officiales potestati debeant auxilium prestare pro iusticia.vt hic.⁊.j.xi.ij.§.sed etiaꝫ prouhertate. ¶ Argumētum est etiā ꝙ delegatus iudex vel arbiter non possit sibi eligere notarium vel nuncios sed eos accipere debeat de curia superioris. Argumētum est contra.C.de spor.l.ij.⁊.j.de iudicib⁹.§.vno quoqꝫ.sed dic ꝙ ex post facto possiat eligere.deficiētibus illis qui fuerunt eis dati ne impediatur eorum iurisdictio sed non ab initio.Uel dic ꝙ aut possint habere cōmode ex curia superioris:⁊ ex ea accipere debent.alias sibi eligere possunt.argu.C.de iudi.l.quotiens.⁊.ff.de iurisdi.om.iudi.l.ij.⁊facit quod notatur.ff.de interroga.actio.l.j.§.j.in glo.sꝫ quero.Sed hodie de cō suetudine seruati cōtrariuꝫ videmus.quis indistincte sibi eligunt. ¶ Opponitur ꝙ duos debeant habere.vt j.de iudicibus.§.nullo.Sol.vt hic notatur in glo.vel dic hic in ordinario ibi in delegato a principe.

Et iudicare. Continua.supra dixit de iurisditione voluntaria sequitur de contentiosa in pecuniarijs causis. Diuide vsqꝫ ad.§.audient.in partes sex. Primo princeps limitat iurisditionem. Secūdo appel.determinat. Tertio iniuriam prohibet. Quarto successoris electionē iubet. Quinto habitationem publicam fieri ⁊ custodeꝫ creare precipit. Sexto defensores prohibet dare ⁊ accipere vltra salaria publica. Secūda pars incipit in.§.⁊ defensoribus. Tertia in.§.si vero. Quarta in.§.si eidem. Quinta in.§.precepta. Sexta in.§.quia vero. ¶ Casus defensores iudicare debent in pecuniarijs causis vsqꝫ ad aureos.ccc. cōuentione in vetito examine prohibita appella.ad presidē permissa.i.iniuria defensoris ab officialibus vetita.successoris electione mandata ⁊ habitatiōe publica ⁊ officiali pro actorum custodia gratis administratione procedente.quia nec dare nec accipere licet:nisi salaria publica. Et hoc dicit vsqꝫ ad.§.audient. ¶ Expone litteram.⁊ iudicare.pecuniarijs que actionis iure vel officio iudicis expediuntur:⁊ decreti interpositionem non desiderant quia merie mixti cause imperij excipiuntur.vt.ꝟ.e.§.nulla.in fi.ipso.i.vt agāt coram preside ⁊ studio.i.dolo actorem licet victorem pro parte.⁊ nota reum licet victum in parte.officiales presidis vel ciuitatis habētes defensores.habeant custodiam. Argumētuꝫ est hic ꝙ actis ⁊ reformationibus que non sunt in archiuo publico vel in camera actoruꝫ fides non sit habenda.scient.i.scire debēt:vt nec dent nec accipiāt pro decretis confirmationum habent defensores. ¶ Nota primo de iurisdictione defensoris. ¶ Nota secūdo cōuentionem prohibitam in vetito examine. ¶ Nota tertio ꝙ victor cōdemnatur in expensis. ¶ Nota quarto ꝙ a defensore appellatur ad presidem.

¶ Nota quinto in.§.si vero ꝙ si inferior iudex iurisditionem denegat potest haberi recursus ad superiorem. ¶ Nota sexto ꝙ defensor gratis omnia agere debet preter salaria publica. ¶ Nota septimo pro consuetudine.⁊ facit.j.de sanctis.epis.§.pro consuetudine. ¶ Opponitur primo ꝙ defensor iudicare non possit vltra quinquaginta solidos.vt.C.e.l.j.Sola.hec corrigit. ¶ Opponitur secundo ꝙ victor victori in expensis non debet condēnari sed ecōtra.dic vt.C.de iudi.l.properandum.§.finautem.⁊.j.de iudi.§.oportet. Solutio ibi est regulare hic casuale in odium detrahentis aduersarium in vetito examine. ¶ Opponitur tertio ꝙ cum victor vicerit pro parte ⁊ pro parte iuste egerit ⁊ vicerit ergo saltim pro ea parte debuit fieri condēnatio.vt.C.de iudi.l.properandum.§.finautem ex gestu. ¶ Solu.hic est maius delictum quia deliquit in faciēdo ibi in omittendo. Uel dic ⁊ forte non male sm Placē.ꝙ etiam ibi solus victor condēnatur in expensis.argu.huius litere. ¶ Opponitur quarto ꝙ actor liteꝫ prodere debeat.vt.C.de plus peti.l.j. Solutio ibi plus deliquit.quia cautionem dolosam in crimine negocij exegit.⁊ in iudicio plus petijt.hic minus deliquit.vt hic notatur.⁊ insti.de acti.§.tripli. ¶ Opponitur quinto ꝙ pena tripli puniri debeat.vt dicto.§.tripli. Solutio hec determinatur p illā.vt.ff.de legi.⁊ se.consul.l.sed ⁊ posteriores.vel dic ⁊ melius ꝙ ibi actor plus petijt.vt plus solueret sportularū nomine.hic vero plus petijt solummodo vt iudicem haberet.vt ⁊ ibi notatur. ¶ Opponitur sexto ad.§.quia vero.in fi.vt.j.vt nulli iudi.§.j.Solu.hic cōsuetudo est circa salarium.propter quod acquiritur iudex iustus ⁊ iusticiam seruat.ibi vero consuetudo erat circa iudices.propter quod iudices mali ⁊ iniusti acquiruntur.vel dic breuiter hic ex consuetudine sequitur bonum.ibi malum simpliciter. ¶ Queritur primo vsqꝫ ad quam summam possunt extendi.ccc.aurei.⁊ dic vt in gl.⁊ vt notatur.C.de seruis fugiti.l.quicūqꝫ. Et caue tibi quia glosa habet respectum ad tempus sue compilationis quo tempore aurū erat vilius.sed hodie est preciosius.quia minus habemus cum in magna copia sit translatum ad sarracenos.⁊ ideo queras a mercatoribus quantum valeat libra auri.⁊ nō poteris decipi.quia.lxxij.aurei faciunt libram auri.vt.C.de suscep.⁊ archa.l.quotiens lib.x.vbi de hoc:queras ergo principaliter de libra. ¶ Queritur secundo an cause pecuniarie vltra.ccc.aureos possint delegari. Respondet glo.ꝙ non quia non competunt iure magistratus.vt.ff.de offi.eius cui manda.est iurisditio.l.j.in prin.⁊.§.j.nisi contingat presidem abesse.vt.e.l.§.huius rei.⁊ nisi propter multitudinem causarū vel propter occupationes publicas.vt.C.de peda.iudi.l.ij. Et nota hic ꝙ medie cause de quibus fit ibi mentio intelliguntur esse pecuniarie cause.que sunt supra.ccc.aureos.que expediunt iure actionis vel officio iudicis.sed decreti interpositioneꝫ non desiderant. ¶ Queritur tertio an possit defensor recusari.⁊ dic vt in glo.notatur.⁊.C.de iudi.l.aptissimi.Uel forte dicere posses ꝙ ordinarius potest recusari causa cognita euidenti ⁊ probata.vt.ff.de libe.causa.l.si pariter. Et in hoc differt a delegato. ¶ Queritur quarto an defensor iudicare possit in causis mixti imperij consistentibus vsqꝫ ad aureos.ccc. Et videtur ꝙ sic.quia hic in.§.⁊ iudicare.dicitur ꝙ in causis omnibus pecuniarijs iudicare potest vsqꝫ ad aureos ccc.⁊ qui omne dicit ⁊c.vt.ff.de legu.iij.l.textoribus.⁊.C.manda.l.a procuratore. Item tutoris datio mixti imperij est.vt.ff.de tutoribus.l.muto.§.tutoris.⁊ tamen defensor pupillo tutorem dare potest si paruas facultates habet.vt insti.de attili.tu.§.fi.in contrarium credo ꝙ non possit.vt.ꝟ.eo.§.nulla in fi.quia sola iurisditione egent.⁊ ex iudicum auctoritate pendet.⁊ facit.ff.de offi.proconsul.l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de re.iur.l.omnia.⁊.ff.de iurisditio.om.iudi.l.j.⁊.l.imperium.

Audient quoqꝫ. Continua superius dictum est de iurisditione voluntaria ⁊ contentiosa in causis pecuniarijs sequitur videre de contentiosa in causis criminalibus. ¶ Diuide vsqꝫ ad finem tituli in partes tres. Primo princeps iurisditionem defensoris limitat in causis criminalibus. Secundo punit ↄtra hanc legem facientes. Tertio precipit diuulgari.⁊ prohibet defensorem vltra biennium durare. Secunda pars incipit in.§.si qua vero. Tertia in.§.si que igitur ¶ Casus breuis. Defensores leuia crimina audient.⁊ castigationi competenti tradent.pena librarum quinqꝫ contra hanc legeꝫ facientibus statuta.vltra biennium defensoris officium minime durante.nisi cuncta ciuitas reluctante nullo elegerit eum.vltimo precipit diuulgari.⁊ in omne euum seruari.⁊ hoc dicit vsqꝫ ad finem tituli. ¶ Expone litteram. Audient.contradent.i.dabunt.s.defensores capiuntur ab eis vel ab alijs officialibus.vt ⁊.C.de exhiben.reis.l.j.⁊.l.fina.vbi de hoc.iudiciali.i.preside ⁊ defensore.⁊ leuigant.idest alleuiant demonstrantes defensores preter hec que dicta sunt.ꝟ.eo.§.interim nobilium. Idem multomagis in popularibus si ad officium aliquod eligantur.⁊ facit.ff.de muneribus ⁊ honori.l.si quis magistratus.⁊.C.de offi.presi.l.fina.partem vero repilogat breuiter omnia supra dicta. Nisi autem existentes idest iā ordinati ante hanc legem.placiti.i.boni voluerīt omnes presides cum defensorem.in biennio alio.s.secundo. Si vero repetit quod supra proxime dixerat.vt addat ⁊ declaret.impleuerit administrationem habentes tempore huius ↄstitutionis.reliquum tempus quod supererat de biennio deponatur finito secundo biennio obduxit meritis ⁊ bonitate sua non precibus vel precio.ad hunc ordinē fidelem ⁊ bonum.vt supra. ¶ Nota primo ꝙ defensor cognitioneꝫ ⁊ castigationem competentem solummodo habet in leuioribus criminibus. ¶ Nota secundo ꝙ delinquentes debet comprehendere ⁊ ad presidem mittere. ¶ Nota tertio argumentum pro doctoribus antiquis.⁊ dic vt in glosa.⁊ vt notatur ꝟ.de monachis.§.ordinationem. ¶ Nota quarto ꝙ munus publicum nemini licet recusare.alias pena imponitur ⁊ munus subire nichilominus compellitur. ¶ Nota quinto ꝙ vnusquisqꝫ nobilium semper debet functionem agere ciuitatum quas inhabitant. ¶ Nota sexto ꝙ in contionando debet quis premittere maiores. ¶ Nota septimo ꝙ princeps repilogat in fine omnia supra dicta.vnde est argumentum pro allegantibus.ꝙ in fine sui dicti repilogare breuiter debeant que dixerunt. ¶ Nota octauo ꝙ honores ↄtinuari nō debent. ¶ No.nono casum in quo requirit ↄsensus eiuꝫ ⁊ nō sufficit maioris ptis. ¶ No.decimo qō bis sit ꝙ frequenter fieri.fic.C.de episcopa.audientia.l.nemo.in fin.⁊.j.de test.l.quia vero multi. Et

est arg. ad consuetudinē ꝙ ex bino actu iudicatur. ¶ Opponitur primo ꝙ defensor possit de omni crimine iudicare ⁊ maxime in lombardia ⁊ tuscia. Solue vt gl. no. ī. e. §. nulla. l. fi. §. ¶ Opponit̄ secūdo ꝙ defensori castigare non liceat nisi modice. vt. ff. de iurisdicti. om. iudi. l. magistratibus. Solutio hec determinat illam. ¶ Opponitur tertio ꝙ defensori nō liceat delinquentes cōprehēdere. vt C. de exhiben. reis. l. fi. Solu. ibi in priuata ꝑsona. hic in publica. vt ibi notatur. ¶ Opponit̄ quarto ad. §. si qua de. l. fina. C. de cri. fal. vbi dicit̄ ꝙ nemo debet suscipere administrationē in sua ꝓuincia vel ciuitate: nisi ex priuilegio principis. Solu. ibi est regulare. hic speciale. vt ⁊. C. de of. pre. l. fi. vbi de hoc. ¶ Opponitur quinto ad. §. finalem vbi dicitur ꝙ consensus omniū est necessarius reluctante nullo. ꝯtra. C. de decurio. l. nominationū. ⁊ ad municipa. l. quod maior. Solutio ibi est regulare. hic casuale in honoribus cōtinuandis. al's secus. vt ī. e. §. interim. ¶ Opponit̄ sexto. vt. C. ad l. iul. ambitus. l. j. vbi dicitur. ꝙ non licet idē officium repetere etiā per sacras litteras. Solu. ibi est regulare. hic casuale quādo legitimi deficiunt. ⁊ dic vt ibi. Argu. est hic in fine. §. ꝙ binus actus consuetudinem inducat. ⁊ arg. C. que sit longa consuetudo. l. j. Itē est argu. ꝙ ciuitates principis sunt. ⁊ ꝙ ciues ciuitatem principis alij dare non possunt. etiam si omnes cōsentiant reluctante nullo. ⁊ facit C. de fundis limi. l. ij. li. xj. ¶ Queritur ad. §. audient que sunt leuia crimina. Et dic vt no. ff. de accu. l. leuia. ⁊ ad. l. aquil. l. liber homo si iussu. Uel dic q: leuia sunt ex quibus sequitur leuis pena q: inde iudicantur leuia. vt. ff. de public. iudi. l. ij. ⁊ de penis. l. quod ad statum.

¶ De mensura ordinādorum clericorum.

¶ Continua ad ꝓcedentia superius dictum est de numero clericorū abbreuiando ⁊ certa mensura limitādo. vt. ī. vt determinatus sit numerus clericorū. ⁊ quomodo opor. epis. §. sed neq̄ effusas. sequitur videre de eadē mensura ⁊ numero ⁊ numeri abbreuiatione.

Legem nuper. Diuide constitutionē in duas partes. Primo legis ꝓcedentis cōmemoratio. Secundo eius suppletio. ⁊ huiusmodi legis diuulgatio. Secūda pars incipit in versi. si vero diminuto. rum at vsq̄ ad finem. ¶ Casus breuis numerus clericorū antiquus debꝫ seruari ⁊ nullo modo augeri. ⁊ in defunctorū locum nullus debet substitui. donec ad antiquū ꝑueniatur numerum. ꝑmanētibus antea ordinatis in eo in quo sunt secmate. sed si in vna ecclesia in qua clericus moritur diminuta est clericorū multitudo. ⁊ in alia ecclesia suꝑabundat eligi ⁊ assumi debet clericus ex ea ecclesia ⁊ ad aliā trāsferri. ⁊ nō noua ordinatione creari. vltimo precipit diuulgari. Et hoc vsq̄ ad finem tituli. Expone litteram. lege nuꝑ hinc autē. i. ex eo ꝙ abbreuiam⁹ ordinationē excellētem. i. excedētem modum. expensam. i. nobis intētio est abbreuiare expēsam. minuta mensura. i. nondū ꝑuenit ad antiquū numerū ⁊ eum repete ⁊ quātū ad eum ⁊c. in remedio ⁊ donec ꝑueniat̄ ad antiquū numerū in quo numero possessiōes ecclesiastice sufficiebāt ordinatis. multitudo. i. q: antiqu⁹ numerus est cōpletus. statutus. modus clericorū antiquus ⁊ ab initio ordinatus. ⁊ exinde. i. ex ecclesia suꝑabundanti. aliū in locū mortui implet̄. i. ex ecclesia abundante clericis. introductionibus. i. electionibus extraneorū iconomos. quādo reddūt rōnes capitulo sed ipsi iconomi agnoscant. i. agnoscāt fructū: hyronice loquit̄. ¶ Nota ꝙ ecclesiarū indēnitatibus ⁊ expensis subueniri dꝫ. ⁊ eis consuli ꝑ omnem viāꝫ qua pōt. ¶ Queritur quid addit hec cōstitutio illi que est supra. vt deter. sit nume. cle. Rñdeo in eo solo ꝙ hic dicitur s. quādo diminutus est numerus in ecclesia vna. ⁊ in alia superabūdat: dꝫ clericus sumi ex illa ecclesia in qua numerus suꝑabundat ⁊ non dꝫ noua electio creari. al's in infinitū trāseat tēpus donec omne qđ plus est diminuat̄. vt ꝑꝫ hoc titulo. §. si vero diminuto. Itē q̄rit̄ qđ differt a. §. sꝫ neq̄ effusas. ī. quō opor. epi. ⁊ dic ꝙ ille ē generalis. sꝫ hec ꝯstō est spālis in ecclesia romana ⁊ sibi adiacētibus.

¶ De mandatis principum.

¶ Continua sūpradictū est de iudicibus ⁊ defensoribus ciuitatū. ⁊ eoꝝ iurisditione. Sed q: mandata sunt necessaria ꝑ ꝓuincia laudabiliter gubernāda. ideo sequit̄ de mandatis principum.

Ex libris antiquis. Casus breuis vsq̄ ad. §. sit tibi. Exordio premisso administratores mundas debēt seruare manus ⁊ fiscalia tributa vigilanter inspicere ⁊ exigere. ⁊ pacē ciuitatibus dare. ⁊ inter ciues inducere. ⁊ seditiones prohibere. Et hoc dicit vsq̄ ad. §. sit tibi. Expone litteraꝫ ex libris romani. i. iura que nc miabant̄ iura romanorū volumine quod nos habemus reparātibus. argu. ad id qđ no. ī. de here. ⁊ falci. §. semper igitur ꝓterire. Nota hic ꝙ non licet iudici preterire vel transgredi legis ꝓceptum. codicillis. i. litteris cōtinentibus collationem dignitatis. ⁊ qui in futura. al's in futuro s. tpe priꝰ. i. ante hanc legē. hec tributa facile. ¶ Nota hic ꝙ lex noua liberat tributarios a cōtumacia. ⁊ hinc est ex pace. ¶ Nota primo ꝙ administratores debēt pre alijs oīb⁹ mūdas seruare man⁹. ¶ Nota secūdo ꝙ debet administrator prouidere ꝙ in ciuitate sit pax. ⁊ ex pace equitas seruet̄. ⁊ seditio amoueat̄. ¶ Argumētuꝫ in §. deīde ꝯueniēs. ꝙ prātes hoīes inimicātes vel discordātes adinuicē ad pacē debeāt reducere. ¶ Arg. est etiā ꝙ qñ timor est armorū. vel rixe vel rōne possessionis vel cōtrouersie. ꝙ iudex iubere possit ꝑtib⁹ ne accedāt ad possessi. vl' locū. Accedit ad hoc. xx. di. c. discordātes. vbi de hoc ⁊. c. ꝓcipim⁹. ⁊ extra de treu. ⁊ pa. c. j. ⁊. ij. ⁊ ar. ff. de vsufr. l. equissimū. in prin. ⁊. x. colla. de pace tenē. ꝑ totum. ⁊ de pa. iura. fir. ꝑ totum. ¶ Opponit̄ primo ad. §. opꝫ te. ꝙ iudicibus liceat lucrū ꝯtingere. vt. j. de iudi. §. ne aūt. So. ibi in delegatis qui nulla salaria de publico ꝑcipiunt. h in ordinarijs qui salaria habēt de publico. ¶ Opponit̄ scđo ad id qđ dicit̄ ꝙ collatores oī alia calūnia liberi ꝯseruati sunt. ergo videt̄ ꝙ exactio tributorū calumniosa sit. sed certe non implicat. ⁊ dicvt in glo.

Sit tibi quoqꝫ. Cōtinua superius dictū est de mādatis q̄busdā. sequit̄ de alijs mādatis videre. Casus breuis vsq̄ ad. §. deinde cōpetēs. iudices lites cum oī equitate audire debēt: ⁊ bacues lites. ⁊ viliū ꝑsonarū ex nō scripto cognoscere ⁊ iudicare. ⁊ ꝓuidere. ne occasione iudicialiū expēsarū dāmificent̄ subditi ⁊ ne subditi ꝓpter ipsius negligētiā accedant ad nostrā curiā. Et hoc dicit vsq̄ ad. §. deinde. ¶ Expone litteraꝫ sit tibi. hinc sumit̄ prin. illius aut̄. nisi breuiores. que posita est. C. de sen. ex peri. rec. super. l. fi. ex non scripto. i. sine libello. ⁊ sine actis in script⁹ redigēdis. ⁊ absq̄ sñie. scriptura causaliū expēsarū. Nota ꝙ ad officiū iudicis ꝑtinet ne illicite exactiōes fiant in iudicijs maxime ex negligētia. i. ꝓpter negligētiam officij tui. ¶ Not. primo ꝙ iudices lites cū omni equitate audire debēt. ¶ Nota scđo ꝙ breuiores lites ⁊ viliū ꝑsonarū ex non scripto iudicare debēt. ¶ No. tertio ꝙ pauperes insufficiētes sumptus litis ꝓstare non cogunt̄. ¶ Nota quarto ꝙ iudices iusticie sunt debitores. ⁊ oībus iusticiā petētibus facere debēt ⁊ ꝑ hoc ꝑꝫ ꝙ iudices de necessitate ius dicere debēt. ¶ Arg. est hic sm Mar. ꝙ iudices sm equitatē ⁊ conscientiā iudicare debeāt. vt hic. ⁊. C. de iudi. l. placuit. Et dic vt l gl. no. ⁊ de hoc notaui. ī. iusiurā. qđ ꝓsta. §. ⁊ equus. ⁊ no. C. vt que desunt aduo. par. l. j. ⁊ insti. de acti. §. si minus. ⁊. iij. q. vij. iudicet ille. ¶ Opponit̄ ꝙ acta oīa ⁊ sñia in scriptis redigi debeāt. vt. j. de exhi. re. l. sancim⁹. ⁊. j. in medio litis nō fiāt sa. for. §. vt autē oēs. ⁊. C. de sen. ex pe. reci. l. fi. So. ibi est regulare. hic casuale ⁊ spāle. Sunt ⁊ alij casus. vt no. ī. vt iudi. sine quoquo suf. §. necessitatē. ¶ Queritur que cause breuiores esse dicant̄. ⁊ dic vt hic no. vel dic vt not. in aut̄. nisi breuiores. vel dic ⁊ forte melius ꝙ sm ꝑsonarū qualitatē. vel loci ꝯsuetudinem intelligendū sit. ar. ff. de iudi. l. sed ⁊ si susceperit. §. ij. ⁊. ff. de var. ⁊ extraor. cog. l. j. §. in honorarijs. ¶ Queritur scđo que ꝑsone viles esse dicant̄. ⁊ dic vt in glo. ⁊ facit. C. de incest. nup. l. humilē. ⁊. j. de testi. l. si vero ignoti. ⁊. ff. de iudi. l. fi. Uel dic vt no. in aut̄. nisi breuiores. Alij dicunt ꝙ hoc totū pro vno casu ponit̄. quod non ꝑꝫ. quia cōmodius est casus distinguere. vt insti. qui. mo. testa. infir. §. sed q: ⁊ de leg. §. sed non vsq̄.

Deinde competens. Casus breuis vsq̄ ad. §. sꝫ neq̄. Administratores ꝓuidere debēt ne iudices ⁊ officiales de nostra curia veniētes ledāt subiectos: ⁊ eos punire. ⁊ ꝓcepta ꝯ ius vel vtilitatē publicā nō suscipere. nisi scđa iussio emanauerit. ⁊ ꝑ vbertate necessarioꝝ ⁊ operū ciuitatū diligētiā oēm adhibere. ⁊ delinquētes castigatione decēti punire oī priuilegio cessante. Et ꝓuidere ne officiales subiectos iniurijs afficiāt. ⁊ malos expellere. ⁊. h. d. vsq̄ ad. §. sed neq̄. ¶ Expone lrām. deinde ledere. s. subiectos. ci leso. ꝓcuratori. vt. ī. vt iudi. sine quoquo suf. §. volum⁹. fori principis vel ꝓfecti. vel alterius nostros subiectos. i. ea non serues si sint ꝯ ius vel vtilitatē publicam eos oēs. i. delinquētes. vt abstineant ⁊ alios vt omittant delinquere. ꝓsint. i. supra te innemant̄. ⁊ sint. ¶ No. primo ꝙ iudices precepta superioꝝ que emanant ꝯtra ius vel vtilitatē publicā suscipere non debeant nisi secūda iussio emanauerit. ¶ Nota scđo ꝯtra miseros prelatos. ¶ Nota tertio ꝙ priuilegium omne tollitur. ¶ Nota quarto ꝙ supplicium aliorum omnes saluos facit. ¶ No. quinto ꝙ cōsiliarios ⁊ eos qui circa eum sunt eligere debet optimos et puros ⁊ malos debet remouere. ¶ Nota sexto ꝙ terribilis esse debet delinquētibus ⁊ indeuotis ⁊ mansuetissimus deuotis. ¶ Argumētum est in. §. ꝙ si delinquētes. ibi insuꝑ. ⁊ ex emolumētis ꝙ in causis criminalibus victus victori condēnetur in expensis.

¶ Item est argumentum ꝙ criminale ⁊ ciuile iudicium possint simul ꝑponi. ¶ Arg. est etiā in. §. deinde ꝯtra miseros ꝓlatos qui timent litteras domini pape in tantū ꝙ non audeant reclamare.

¶ Opponitur

¶ Opponit̃ p̃io ad.§.deinde de.§.quia verisimile.et soluet hic et
ibi no. ¶ Opponit̃ secũdo ad.§.q̃ si delinquẽtes.q̃ p̃uilegio vti
possint.et solue vt no.i.vt iudi.sine quoquo suf.§.qd̃ autem.

Sed neq;. Hunc.§.diuide vsq; ad.§.coges autẽ.in par
tes tres. Primo de securitate in causis ciui-
libus. Secũdo in criminalib9. Tertio in tributis. Secũda pars inci
pit in.§.sed neq; autẽ. Tertia in.§.publicorũ. ¶ Casus breuis in
dices securitatem in causis ciuilib9 indistincte dare nõ debẽt sed cũ
aliqua cause cognitiõe.et si dederint trãscendere nõ dz.xxx.dierũ ĩdu
cias. Et si interim conueniat̃ dz deduci in publico respõsurus oĩbus
securitate ei seruata et forma hic tradita obseruata delinquẽtibus
non est danda fiducia.et si detur nõ est seruãda neq; etiã tributariis
est danda et infra tẽpla decenter exactio fieri debet. ¶ Vel dic bre-
uius fiducia in causis ciuilib9 danda non est vltra triginta dierũ in-
ducias interim cõuentione admissa securitate seruata.sed delinq̃n-
tibus et tributariis non est danda fiducia.et hoc dicit vsq; ad.§.co-
ges autẽ. ¶ Expone litterã sed neq; iusiurandũ.i.securitatem que
in vulgari appellat̃ fidãtia p̃ropte.i.eo ipso q̃ petit̃.sed cũ aliqua
cause cognitione.aut amplius.i.licet dederit eam.inducias.et no-
ta hic q̃ diu non debet quis esse in suspẽso.vt et.ff.de diuer.p̃scrip.
l.si seruus.feceris.i.fiduciam ei dederis.aduersus eũ.i.contra eum
agere volens eum.i.in publico eum p̃sentabis.terminorũ.s.ecclesie
custodies.s.seruabis.cautelam.i.verba seu fidãtiam.vel dic.i.fidẽ
caute a lege generaliter cõfugiẽtibus ad ecclesiã datã.vel dic et me
lius.i.cautionem seu verba seu fidãtiam.vt.i.p̃rori.§.non des.nec
datam serues.quod patet.q2 hic remouet̃ cautela in genere et quo
remouet̃ genus et oĩs species.vt.C.ne fiscus rem quam vendi.l.j.et
ff.de fun.instru.l.fundi.§.fi. Et q2 hic iubet extractio de ecclesia et
suppliciũ simpliciter indistincte et generaliter.vt.ff.de publ.l.õ p̃re
cio.et de lega.p̃stan.l.j.§.generaliter. Et q2 quod de vno cõcedit̃.s.
de causis ciuilibu s.vt.i.p̃rori.§.de alio.i.de criminalibus denega
tum esse videtur.vt.C.de p̃cura.l.maritus.cũ concordã. Et patet q̃
locum a differẽtiis quia hec lex differẽtiam facere voluit inter cau-
sas ciuiles et criminales:et inde.i.de ecclesia a p̃sumptionibus.i.ab
aliis qui essent magis p̃sumptuosi.de suo satisfacere. Et sic not.q̃
hec lex ligat clericos. ¶ Nota primo q̃ regulariter nõ est danda fi
dãtia. ¶ Nota secũdo q̃ in causis ciuilibus causa cognita dari po
test.sed nõ vltra triginta dierũ inducias. ¶ Nota tertio q̃ non de
bet quis diu esse in suspenso. ¶ Nota quarto q̃ mediocre tempus
appellat̃.xxx.dierũ. ¶ Nota quinto q̃ fidem legitime datã fallere
non debemus. ¶ Nota sexto q̃ delinquẽtibus fidantia danda nõ
est nec data seruãda. ¶ Nota septimo q̃ tributariis fidãtia danda
non est. ¶ Opponit̃ primo q̃ nullo casu fidantia dari possit cũ al-
terius iniuria.quia nõ est elemosyna et c.vt.i.quõ opor.epis.§.sed
neq;. Solu.hec fidantia datur ad tẽpus et breue et ius nõ absorbet.
quia in mora et c.vt.ff.de iudi.l.si debitori.et.C.de fideicõmis.lib.l.
deberi.et.C.de p̃ci.impera.offe.l.quotiẽs. ¶ Opponit̃ secũdo ad
idem q̃ non valeat priuilegiũ fidantie.cum sit cũ alterius dãno et in
iuria.vt.ff.ne quid in lo.pub.l.ij.§.merito.et.§.si quis a principe.et
extra de consti.vti.c.dilecta.§.notandum solue.vt.i. ¶ Opponi
tur tertio q̃ fidãtia nõ sit necessaria si est in ecclesia.vt.C.de his qui
ad ec.confu.l.p̃senti.in prin.et.§.j.et.§.sane. Solu.dum est in eccle-
sia non est necessaria.vt ibi:sed si volet exire ecclesiã tunc erit neces-
saria vt hic.vel dic q̃ corrigit̃ quelibet solutio satis est bona.
¶ Opponit̃ q̃rto q̃ ẽt in delictis fidãtia data d̃beat obseruari.q2
hosti seruãda est.vt.xxiij.q.v.dicit dñs.et.xxiij.q.ij.dñs noster.et.ff.
de pac.l.conuẽtionũ.vbi de hoc. Et notat̃.ff.de dolo.l.j.§.nõ fuit.
So.aut p̃sequit̃ q̃s c̃ hostem iniuriã seu inimicitiã p̃priã.aut ini-
riã publicã et vindictã reipub.aut iniuriã publicã. Primo casu fides
seu fidãtia seruãda est. Secũdo casu dic idem.si detur a duce belli.et le
gitime accedit ad hoc.ff.de consti.pecu.l.j.in prin.et dicta.l.conuẽ-
tionum. Tertio casu fides seu fidantia dari nõ debet.nec data de-
linquẽtibus obseruari quia pro bono et vtilitate delinquentis da-
tur tantũmodo.et non pro vtilitate rei publice et ideo dari videt̃ cõ-
tra legem et illegitime igit̃ seruari non dz cũ sit contra legem et ipse
idem iudex potest cõtrauenire.et facit quod habet̃ et notat̃.ff.de pa
ctis.l.iurisgẽtium.§.si paciscat.et.C.de transac.l.transigere.et.ff.de
adop.l.post mortẽ.vel dic melius cũ querit̃ cum fides datur an sit
seruanda:distingue aut datur hosti.aut subdito.aut alii. Primo ca-
su aut lex dat fidẽ aut homo. Siquidem lex dat fidẽ seruari debet.
vt.ff.de leg.l.fi. Si vero homo dat fidem.siquidẽ autoritate legis
seruari etiã debet.vt dicta.l.cõuentionũ.cũ concor. Si autem sine
autoritate legis potest a volente seruari.cũ quis p̃sequitur iniu-
riam propriam. Sed non est necesse pace non facta.vt dicta.l.j.§.
non fuit.vbi de hoc.sed pace facta semp̃ debet fides seruari.vt.ff.
de pactis.l.j.in princi. ¶ Si vero prosequit̃ iniuriã publicã.et vin
dictam rei publice et pacem facit cum hoste cum non liceat seruare
eam non debet.vt dicta.l.j.§.non fuit.vbi de hoc. ¶ Secundo ca-
su cum fides datur subdito siquidem datur a lege seruari debet. vt
C.de his qui ad eccle.confu.l.ij.et.l.p̃senti.§.j.et.§.sane.et.i.de mo-
na.§.si vero. Si autem ab homine datur.si autoritate legis seruã-
da est.vt.i.proximo.§.sed neq; hec.et.C.ad.l.iul.maie.l.quisquis.
in fi. Si autem sine autoritate legis fides dat̃ subdito seruari nõ
debet.vt hoc.§.neq; autẽ homicidis. Et est ratio vt supra dixi.q2
eam non dat s̃m legem.nec ad vtilitatem rei publice.et quia iudici
dare nõ licet nec potestatẽ habz ergo potest c̃uenire vt supra dictũ
est. ¶ Tertio casu cũ fides datur alii siquidem est solennis et obli-
gatoria seruari debet.quia graue est fidẽ fallere.vt.ff.de constitu.
pecu.l.j.in prin. Et depo.l.j.circa prin. Fallit cum quis fraudẽ re
pellere vult.vt.ff.de leg.ij.l.cum pater.§.titio.et.ff.de nego.gest.l.
at qui natura.§.cũ me. Si vero non est solennis p̃pter p̃bationis
defectum:est tñ obligatoria quo ad solẽnitatem obligationis .tũc
regulariter seruari debet.licet deficiat probatio sed ius nõ deficit
vt.ff.de testamẽ.ta.l.duo sunt titii.et.j.de instru.cautela.§.si tamen
quisq;. Si vero fides non est solennis nec obligatoria quia deficit
solẽnitas obligationis:licet forte p̃batio interuenerit.eo casu ser-
uari non debet de iure ciuili.vt.ff.de pactis.l.iurisgẽtium.§.sed cũ
nulla.et.§.igitur.et.§.quinimo.sed de iure canonico debet seruari:
nisi sit turpis.vt extra de pactis.c.j.vbi de hoc. ¶ Opponit̃ quin
to ad idem q̃ iudices fidantiam dare possint.quia omnẽ potestatẽ
et autoritatem a lege habẽt.vt.i.vt iudic.sine quoquo suffra.§.qd̃
autem.et de defen.ciui.§.nulla.in fi.§. Solu.ibi in cognoscendo et
puniendo.hic vero in dimittẽdo vel negligendo vel liberando non
habẽt.vt.i.e.§.et nõ p̃mittere.et.§.homicidia.et.i.vt iudi.sine quo
quo suffra.§.eos aũt.et.§.si quis autẽ. ¶ Opponitur sexto q̃ con
fugientes ad ecclesiam securi semp̃ manere debeant.vt dicta.l.ij.et
l.p̃senti.§.j.et.§.sane. Solu.vt hic et ibi nota.quia hec determinat
illam vel corrigit eam. ¶ Opponit̃ septimo q̃ etiam in delictis fi
dantia dari possit.et seruari debeat.vt.C.ad.l.iul.maie.l.quisquis.
in fi. Solu.hic regulare.ibi casuale pro vtilitate rei publice.vt con
siliorũ archana adhuc incognita patefierent vel dic ibi a lege dat̃.
hic ab homine prohibetur. Prima placet. ¶ Opponit̃ octauo q̃
delinquentes extra ecclesiam abducere nõ liceat nisi sint latrones
publici vel nocturni depopulatores.vt.xiiij.q.vj.c.hi qui.et.xvij.q.
iiij.c.sicut.et.c.reum.et extra de immunitate eccle.c.inter alia. ¶ So.
hic de iure ciuili obtinet.ibi de iure canonico. vt ibi notat̃. Et ad
solutionem omniũ cõtrariorũ distinguere hic in glo.notatur. Aut
ille qui confugit ad ecclesiaz est liber aut seruus. Et siquidẽ est ser-
uus.aut fugit p̃pter domini seuitiã. Et dic vt in glos.aut propter
maleficium suum magnũ.et dic vt in glos. Aut deliquit in ecclesia.
et tunc domino restituendus est:nec est dãda securitas.vt.C.de his
qui ad eccle.confu.l.si seruus.et.l.seq.aut fugit ad bonam cõsciẽtiã
et dic vt in glo. Si vero est liber aut fugit propter maleficiuz et aut
deliquit in ecclesia. aut extra ecclesiam.et eo casu non est danda se-
curitas.vt in.§.nec autem. Aut p̃pter publicam functionem:et tũc
dic.vt in.§.publicorum. Aut p̃pter debitum aut aliam causaz ciui
lem.et dic.vt in.§.sed neq;.et hec habent locum quãdo cõfugiens est
catholicus. Si vero est hereticus vel iudeus.dic vt.C.eo.l.j.et hec
obtinent de iure ciuili sed de iure canonico dic vt supra dicit̃. Alii
distinguũt in delinquente aut deliquit casu.aut proposito.hec di-
stinctio non placet.quia ante probationes ignoratur qualiter de-
liquerit. Alii distinguunt aut delictuz stimulo naturali cõmittitur
aut non.vt.xxxvi.q.j.c.de raptoribus.primo casu detur securitas.
secundo non. Nec hec placet.vt.i.de non eligen.secũdo nuben.§.cũ
igitur.et de mona.§.si vero his.et.j.de testi.et ea que parit.§.penult.
et fi. ¶ Argumentũ est hic in.§.neq; autẽ q̃ bãnitus impune possit
offendi in ecclesia cum per statutũ ciuitatis possit impune offendi
accedit ad idem.ff.de alea.l.j.§.j.et.ff.ad.l.corne.de sicca.l.iij.§.fi.
et.C.de his qui ad eccle.confu.l.si seruus. Arg.est cõtra.quia prin-
ceps hodie potestatem non videtur habere in ecclesiis et ecclesiasti-
cis personis.vt in aut̃.statuimus. Argu.est etiam hic q̃ in crimini
bus de iure ciuili fidantia danda non sit nisi pro vtilitate rei publi
ce daretur.vt dicta.l.quisquis.in fi. ¶ Queritur primo an titulus
de his qui ad ecclesias confugiũt hodie corrigatur.et in quibus ca
sibus innouetur.et dic q̃ non corrigit̃ sed innouatur in criminibus.
vel dic q̃ in eis corrigitur.vt supra dixi. Item innouat̃ in causis ci
uilibus quia p.l.codicis.vt.C.e.l.p̃senti.§.j.et.ij.habebat securita
tem intra ecclesiam tñ.sed hodie eam habet etiam extra ecclesiam
vsq; ad triginta dies.securitate ei data. Item innouatur in.§.pu-
blicorum. ¶ Queritur secundo quid de aliis delinquentibus et
maleficiis. Et glosa dicit idem.si pro quocunq; maleficio fugerit.
Alii dicunt aut delictum est atrox aut minimum. vt Jaco. de ra-
uen.et Pet.hec placet. ¶ Queritur tertio qualiter accipiatur ec-
clesia.et dic vt in summa.C.de sacrosan.eccle. ¶ Queritur quarto
quid si fidantia data est homicide.vel adultero et a iudice nõ est ser
uata.et decapitatus est.an iudex benefecerit. Et glosa dicit q̃ sic.
vt hic notatur in.§.neq; autem. Et est bonus dolus.vt dicta.l.j.§.
non fuit.ff.de dolo. Sed quidam dicunt q̃ malefecit.vt.ff.de lega.
l.fi. Et istum.§.neq; autem.aliter intelligunt q̃ nos et male.vt dixi
in expositione littere.et distingue vt supra dixi.

tam. ⁊ est argumē. ꝙ non transmittat ad eum. C. ad orfi. l. ij. ⁊. C. de
cadu. tollē. §. in nouissimo. ⁊. §. cum asit. ⁊ ti. se. l. vnica. Sin autem
fauor versatur filiorum ad matrem. ⁊ de paterna successione vel ex-
traneorum tractatur. casus aperte est ꝙ filius si non agnouerit bo-
norum possessionem vel non adiuerit hereditatem. non transmittit
ad matrem. vt dicta. l. ij. §. si quis ex liberis. in principio. versic. sed
si. ⁊ versic. ita demum. ¶ Est etiam casus in dicta. l. si infanti. §. siue
ro vel non sit. vbi dicitur ꝙ oēs hereditates ad infantem deuolute
⁊ non agnite ⁊ ita intelliguntur quasi ab initio non essent delate ei.
Sed qui dicit omne ⁊c. vt superius dictum est. ¶ Accedit eadem
lex in principio. vbi dicit ꝙ infans ad patrem transmittit iure pa-
trio. quasi iam infanti quesita. ergo speciali iure. Sed id est specia-
le ⁊c. vt superius dictum est. Et est ratio in patre cuꝫ filius est emā
cipatus ⁊ maior infante. ⁊ in matre. ꝙ ad eos paterna vel materna
hereditas vel extraneoꝝ non trāsmittatur nec transmitti possit. qꝛ
modicus fauor versatur ex parte filij ad patrem seu ad matrem vi-
delicet est fauor solūmodo in hoc ꝙ filius est. ⁊ filius optare dꝫ bo
num parentibus. Sed pietas non versatur de qua loquitur dicta
lex. nam ⁊ si pōt quia ibi tractatur de hereditate filij transferēda et
in casu nostro tractatur de hereditate nō sua. sed patris vel matris
vel extraneorum. vnde ex parte eius de cuius successione transmit-
tēda tractatur ⁊ ex pte eius in quem petitur fieri transmissio. s. pa-
tris vel matris filij successoris nullus prorsus fauor versatur. quia
non interest mariti vel extranei ꝙ transmittat suam hereditateꝫ ad
vxorem vel extraneum. ⁊ econuerso ergo non est admittendū. si he-
reditas non transmittitur in dictis casibus cum deficiant dicte ra
tiones inducte de liberis ad liberos. ⁊ cessante ratione cessare de-
bet ⁊ lex. vt. ff. de iure patrona. l. adigere. §. quis. ⁊ de pac. l. quod
dictum. ¶ Item ratio differentie quare infans ad patrem ⁊ non ad
matrem nō transmittit hereditatem non aditaꝫ potest esse. quia pa
ter iure digestorum ⁊ institutionum ⁊ codicis in filij hereditate an-
teponitur matri. vt. ff. ad tertul. l. ij. §. obijcitur. ⁊ insti. eo. §. pater. ⁊
C. e. l. ij. ⁊ de leg. here. l. si ab eo. ¶ Item pater filio recusante here-
ditatem quasi heres ab initio institutus vocatur ad hereditatē. vt
dicto. l. cum non solum. §. j. ⁊. §. simili modo. quod nūqꝫ in matre re-
perit. ¶ Item pater iure patrio filio infante defuncto delata ei he
reditate a quibuscūqꝫ personis hereditatem quasi iam infanti que
sitam capit. Sed nusqꝫ auditū est in matre de hereditate extraneo
rum. Iteꝫ patria potestas fuit ordinata tantū in patre. ⁊ ius acqui
rendi olim in totum. hodie quo ad vsumfructum. ¶ Preterea fi-
lius a patre habet genituram sm ꝙ phisici dicunt quia ipse est qui
dat semen et sanguinem. sed mater est vas: et ideo ex paterna linea
descendētes appellantur consanguinei. et ex materna vterini. vt. ff.
de suis et legi. l. j. §. post suos. et vnde cognati. l. si spurius. et. C. de
inoffi. testamē. l. fratres cum similibus. et alituram habet a patre:
et agnationem que iure digestorum ⁊ codicis in succedēdo prela-
tionem

tionem inducebant. Tertio casu quando ex nulla parte fauor versatur.vt quia heres est extraneus regulariter non transmittit nisi adita hereditate.vt dicto.§.in nouissimo.⁊.§.cum autem.⁊ ti.seq. Siue hereditas sit extranei.siue etiã materna.siue etiam paterna. nisi sciens intra ãnale tempus decesserit.vt.C.de iure deliberã.l.cũ antiquioribus.cum similibus.Et nisi in casibus notatis. ff.de acquiren.heredi.l.ventre. ¶ Sed ad contraria omnia potest responderi in genere⁊ in specie.Et quidem in genere:⁊ sic.aut enim filius heres potuit adire:vel immiscere.⁊ non fecit ⁊ tunc obtinent predicta. Aut non potuit propter accidentia.s.ignorãtie vel alterius impotentie iuris vel facti.⁊ hoc casu transmittere potest ⁊ debet hereditatem ad quẽlibet heredem etiam extraneum.vt.ff.de castren.pecu.l.hereditate.§.filius.⁊ de rebus dub.l.qui duos.§.cum in bello ⁊.§.fina.⁊ ad silleya.l.iij.§.eleganter.⁊ de contratabu.l.illud.§.fina.⁊.l.seq.⁊.C.de suis ⁊ legiti.l.apud hostes.alr̃ secus vt superius dictum est. ¶ Ad dicta contraria potest etiam responderi particulariter.Et non obstat ratio prima.quia legi duodecim tabularũ derogatum est hodie de iure pretorio.⁊ de media iuris prudentia ⁊ de iure codicis. ¶ Non obstat secunda ratio de.§.finautem:quia debet intelligi vt superius dictum est. ¶ Non obstat ratio tertia de §.finautem perpetuus.vt ibi notatur. Non obstat ratio quarta de l.more.quia intelligitur nomine ⁊ non re.vt superius dictum est. ¶ Non obstat ratio quinta.de.§.interdũ.itẽ quia ibi fauor versatur ex omni parte. Tum quia equitas iuris pretorij ⁊ iuris prudẽtie ⁊ principum in hoc concordare videntur. ¶ Nõ obstat ratio sexta de.l.necessarijs.quia est heres nomine tantũ ⁊ non re:vt ibi patet in littera. ¶ Non obstat ratio septima de.l.in suis . quia vt ibi notatur illa consistunt in nudo intellectu.quia inde sustentabantur ⁊ dic vt ibi notatur.⁊ hoc procedit ex artificio iuris ciuilis . ⁊ sm quid.⁊ iure antiquissimo per legem duodecim tabularum quod dic vt habetur ⁊ notatur insti.de heredũ qualita.⁊ differen.§.sui. ¶ Non obstat ratio octaua de.§.qui sunt in potestate.quia vt superius dictum est ante immixtionem sunt heredes nomine tantũ. sed post immixtionem sunt heredes re ⁊ effectu.vt notatur in glosa que incipit ex nunc.⁊ sic facit pro nobis. ¶ Non obstat ratio nona de.§.si pr̃ nec. ¶ Decia d̃.§.syt si q̃n.q: ibi illud pcedit de iure ciuili antiquissimo per legem duodecim tabularũ sm quam suus est necessarius heres.vt dicto.§.sui.Et est ratio aperta ⁊ manifesta ibi. quia ad filium nullum commodum vel incommodum pertinet.⁊ cõtingit fauore vltime voluntatis ⁊ libertatis.Et ideo equitas pretoriana ⁊ iuris prudentie ⁊ principum vestigia legi duodecim tabularum non resistunt:nec repugnant:nec derogant in hac parte.cum equitate magna vitatur nec equitas repugnat equitati sed rigori. vt superius dictum est. ¶ Non obstat ratio.xj.de.§.filius quia si subtiliter aduertatur.ibi fuit impedimentum accidentis quia filio militi fuit delata paterna hereditas in militia ⁊ ignorauit patrem mortuum errore probabili.⁊ ideo non est mirum si hereditatem nõ aditam transmittit ad quẽlibet etiam extraneum.Et expone ibi litteram filiusfamili.paganus.s.factus post delatam hereditatem in militia.Et ꝙ sic debeat exponi probatur.ff.de testamẽ.mili.l.ex militari.§.fina.⁊.l.seq.⁊.l.idem est.in quibus est idem casus.⁊ sic determinatur.§.filius. ¶ Preterea vtrobiq: dicitur ꝙ filius ignorauit se suum heredem extitisse.ergo iusta est ibi causa transmissionis ad quẽlibet heredem etiam extraneum. ¶ Non obstat ratio.xij.de §.⁊ quia.⁊ responde.vt.s̃.ad.§.si pater. ¶ Non obstat ratio .xiij. de.l.iij.quia respon.vt ibi notatur.cum promptum sit iura iuribus concordare.vt.C.de inoffi.dona.l.j. ¶ Preterea casus est expresse.C.de iure deliberan.de.l.cum antiquioribus.ꝙ non transmittit nisi ad posteros.vel nisi sciens intra ãnale tempus decesserit vt supra dictum est. ¶ Non obstat ratio.xiiij.de.§.cum in bello.⁊.§.fina.quia ibi interuenit impedimentum accidentis. s.mortis proxime ⁊ iuste ignorantie.propter quod tam leges duodecim tabularũ ꝙ etiam iuris pretorij ⁊ iuris prudentie ⁊ principũ hoc suadere videntur.⁊ in hoc omnia iura concordare videntur pater iustum impedimentum immixtionis.vt notatur.d.l.ventre.vt supra dictũ est. ¶ Non obstat ratio.xv.de.l.lucius.quia quotiens duo iura sunt. quorum vnum indeterminate ⁊ aliud determinate loquitur ⁊ de eadem materia loquuntur.eo casu vnum per alterum determinatur ⁊ determinandum est diuisione aliqua.vt.C.de veteri iure enuclean. l.ij.§.si quis autem legum. ⁊.§ .sequenti.⁊ sequenti. ⁊.ff.de legi.⁊ senatuscon.l.non est nouum.⁊.l.sed ⁊ posteriores.cũ similibus.hoc presupposito constat ꝙ infante mortuo priusquam agnouerit bonorum possessionem.vel hereditatem solẽniter adiuerit paternam hereditatem ad matrẽ non transmittit.vt clare ⁊ aperte dicitur in dicta.l.ij.§.si quis ex liberis.Sed lex lucius loquitur simpliciter⁊ indeterminate.⁊ ideo determinatur per dictũ.§.si quis ex liberis. Dicendum est ergo in.l.lucius ꝙ infans per tutorem adiuit . licet statim decesserit.⁊ aditam ad matrem suam transmittit.Et ꝙ sic debeat intelligi probatur in dicto.§.si quis ex liberis.versi.Sed si infanti.⁊ sic respondent Hugo.⁊ Dynus ⁊ Odofredus.

¶ Non obstat ratio.xvj.de.l.apud hostes.quia ibi pater ab hostibus captus fuit.⁊ hostium seruus effectus.⁊ patriam potestatem ⁊ suarum rerum dominium amisit ⁊ filia cepit esse domina rerum paternarum licet tale dominium esset in suspenso.⁊ pater prius decesserat ꝙ filia.⁊ fingitur mortuus preambula hora captiuitatis.⁊ filia fingitur heres ex tempore extitisse.⁊ est fictio iuris ⁊ de iure.et fictio consonat veritati non est ergo mirum si hereditatem transmisit ad matrem.quia etiam ad quẽlibet extraneum transmittere potuisset.cum pro adita habeatur.argu.ad hoc instit.quibus modis ius pa.pote.soluitur.§.si ab hostibus .⁊.C.de postli.reuer.l.j.⁊.l.captiuũ. ⁊.ff.de vsucapio.l.iusto errore.§.fina.vbi de hoc.cum similibus. Potest etiam aliter responderi.ꝙ ibi interuenit impedimẽtum accidentis.s.iuste ignorantie . ⁊ dic vt supra. ¶ Non obstat ratio.xvij.de.§.adoptiui.cum concordan.quia supra inuenies responsũ. ¶ Non obstat ratio.xviij.de.l.liber homo.§.j.quia ibi interuenit impedimentum accidentis.⁊ iuste ignorantie. ¶ Nõ obstat ratio.xix.quia verbum apostoli debet intelligi ꝙ est heres nomine tantum ⁊ re si vult se immiscere. ¶ Non obstat ratio.xx.quia glose ille debent intelligi cum distinctionibus supradictis.⁊ distinguendo iura iuribus cum omni equitate ⁊ sanctitate concordabuntur.ac etiam tempora ⁊ scripture. ¶ Non obstat ratio.xxi.q: non est eadem ratio in matre sicut in patre in succedendo ⁊ transmittendo.vt supra clare ostensum est.Sed in curando ⁊ alendo bene versatur eadem pietas.vt dicta.l.furiose. ¶ Item non ob.auct.defuncto quia loquitur cum filius moritur ⁊ suam propriam transmittit hereditatem:vel paternam vel alienam agnitam per eum:⁊ suam propriam effectam. ¶ Non obstat ratio.xxij. quia concedo ꝙ eadem pietas est hereditatis proprie transmittende de liberis ad parẽtes sicut econtra.sed ꝙ liberi patriam hereditatem non agnitam transmittunt ad matrem non versatur ibi aliqua pietas immo econtra pietas ⁊ equitas versantur ⁊ quia pater idemq: maritus suam hereditatem transmittit ad suos proximos ⁊ agnatos potius ꝙ ꝙ liberi paternam hereditatem transmittant ad matrem eãdemq: vxorem ad defunctum.⁊ in hoc equitas concordare videtur ⁊ ratio naturalis que in successionibus spectatur.vt.ff.vnde cognati.l.ij.⁊ in auc.in successione. ¶ Et ad ostendendum et clarificandum predicta quattuor regule concurrunt ex quibus ostẽditur intellectus eorum.que dicta sunt. ¶ Prima regula.est quotiens suus heres liberum arbitrium habet se immiscendi.quia est sciẽs et habilis etatis et mentis compos.nec habet impedimentum iuris vel facti.regulariter non transmittit hereditatem etiam paternam ad matrem vel extraneam ad patrem.sed ad liberos vel ad patrem.si est auita vel extranei si est infans.vel si est in potestate et eam recusauit . vt dicto.§.in nouissimo.⁊.§.cum autem.⁊ titulo seq.et dicta.l.si infanti.et dicta.l.qui in aliena.§.interdum.et.l.si quis filium.§.j.et.l.ei qui.ff.de acquiren.heredi.cum similibus. ¶ Secunda regula est. quotiens suus habet impedimẽtum accidentis vel ignorantie vel alterius impotentie iuris vel facti eo casu transmittit in non agnitam.et ignorans ad quẽlibet heredem etiam extraneum . vt dicta l.hereditate.§.filius.et dicta.l.qui duos.§.cum in bello.et.§.fina. et dicta.l.apud hostes.cum concordan. ¶ Tertia regula est.quotiens suus habet impedimentum nature:vt quia est infans vel furiosus eo casu non transmittit paternam hereditatem etiã ad matrem:vt dicta.l.ij.§.si quis ex liberis.⁊ dicta.l.fina.§. tali. ⁊.§.sin autem in furore.vt dicta.l.infanti.§.si vero vel non sit.⁊ ibi notatur in glosa que incipit.nũquid ibi.vel dic ꝙ de omni hereditate dicit. ¶ Quarta regula est.quotiens filius non est solus legitimus heres sed sunt alij liberi qui cum eo ad hereditatem admittuntur . eo casu nec pater nec infantis mater ex tertulliano vocatur.sed hereditas quecumq: ad fratres etiam coheredes quoscumq: transfertur exclusis ascendentibus.idest patre ⁊ matre.⁊ est casus aperte nec calũniari potest in dicta.l.ij.§.si quis ex liberis.in versiculo sed si non sit solus.⁊.C.ad orfi.l.ij.⁊ dicvt ibi notaui. ¶ Sed opponitur contra predicta ꝙ licet filius infans non transmittat hereditatem paternam ad matrem:debet tamen transmittere restitutionis beneficium ad matrem . quia lesus est . cum se non immiscuerit nec vltimo vite spiritu transmiserit ad matrem.⁊ ideo restitutio locũ habet vt ad matrem et heredem transmittat.vt.ff. de in integrum resti.l.non solum.⁊ de iureiuran.l.nam postea.§.si minor. ⁊ est casus sm quosdam.ff.de acquiren.heredi.l.pantomian.⁊.C.de testa.mili.l.i.Sed dic ꝙ infans non transmittit beneficium restitutionis ad matrem.Et est casus aperte in dicto.§.si quis ex liberis vbi dicitur ꝙ mater infantis bonorum possessionem non agnouit vel non adiuit excluditur.⁊ mater patris ex tertul.vocatur.ergo ad matrẽ infantis non transmittitur beneficium restitutionis.

¶ Item in dicta.l.si infanti.§.si vero vel non dicitur ꝙ perinde habetur ac si non esset delata.ergo non est lesus ⁊ non transmittit filius beneficiũ restitutionis. Item in dicto.§.si quis ex liberis defertur matri parentis.vt dictum est.ergo fingit̃ non delata infanti ⁊ non lesus.Et ꝙ non sit lesus patet aperte. Nam a patre fingitur

ei non delata. cum pater transmittat ad matrem suam. vt dicto. §. si
quis ex liberis. Item ex persona infantis fingitur ei non delata. ra
tione etatis nisi sit hereditas agnita. vt dicto. §. si vero alias nō. ⁊. C.
qui admit. ad bonorum posses. pos. l. infantis. ¶ Item ex autorita
te legis ⁊ iuris potestate fingitur etiam ei non delata. vt dictis iu
ribus. ergo non est lesus. ad. l. pantonius. ⁊ ad. l. j. Respondeo ꝙ
ibi fuit impedimentum accidentis. scȝ rei publice vel iuste ignorā
tie. Sed in infante est impedimentum nature vt supradixi. Et si di
catur lesus est: quia non adiuit. nō procedit. quia perpetuo potuit
adire. ergo non fuit lesus. vt. C. de iure deliberan. l. licet. ⁊. l. si cura
torem. ⁊. l. cum antiquioribus. vbi de hoc. ¶ Liquet igitur ex pre
dictis manifeste ꝙ mater infanti filio nullo casu succedit in heredi
tate paterna nisi sit agnita. nec ad eam iure aliquo vel casu trāsmit
titur siue filius suus sit solus heres siue cum alio. ⁊ maxime quan
do cum alio. vt pꝫ ex rationibus supradictis.

Neqȝ illo. Continua ad precedentia ⁊ sic. Supra dixi de prima parte rubrice sequitur ꝺ secūda. Itē
supra dixi de triente ⁊ semisse sequitur de successione filiorum ⁊ ne
potum naturaliū. ¶ Et diuide vsqȝ ad. §. illud quoqȝ in ptes tres.
Primo de successione nepotum ⁊ pronepotum. Secundo de succes
sione legitimorum ⁊ legitimatoꝝ. Tertio de successione filiorū na
turalium. Secunda pars incipit in. §. sed nec. Tertia in. §. conside
remus. ¶ Casus breuis. Tertie partis diminutio que lege anti
qua nepotibus ⁊ pronepotibus auferebatur hodie correctionē ca
pit ad equalitatis mensuram redacta. ⁊ filij ex nuptijs sine dote na
ti ⁊ etiam legitimati per nuptias tanquam legitimi per omnia suc
cedunt. Naturales vero filij ex legitimo concubinatu nati legiti
mis liberis ⁊ vxore defuncti non existentibus ex testamento succe
dere possunt. vsqȝ ad medietatem totius substantie ⁊ ab intestato
in duas vncias cū coꝝ matre in rē partiēdas. Sed si simul aliquis
concubinarū multitudinē habuerit ⁊ ex eis filios isti ab omni suc
cessione penitus excluduntur. Et procul ab hac lege omnibus mo
dis expelluntur. Et hoc dicit vsqȝ ad. §. illud quoqȝ.

¶ Expone litteram. Neqȝ illo vidēs quod erat etiam olim ⁊ bene
equalitatem. vt omnes sine diminutione succedant. hoc idem ex po
steriore. i. post eorum natiuitatem. Soboli prouidens erubescimꝰ.
vt. di. xxx. c. deinde. ver. quero. ⁊. lxviij. disti. c. corepiscopi. Remo
uebimus a precibus porrigendis. quia non erit necessarium reme
dium. Nam frustra precibus impetratur ⁊c. vt. C. de thesau. l. i. ⁊
ipsis. scȝ naturalibus. vel dic petentibus prole. subaudi. vel vxore.
legitimis enim ⁊ vxore. ei. s. morienti. ⁊ hoc cum habitauit. tempore
mortis. predisceedente dudum ante mortem. sic enim. interpositio
est. concubinam. s. vnam egit eodem tempore aliam habendo cōcu
binam. cum ea ex qua suscepit filios. ⁊ hoc repete. neqȝ dabimus.
⁊ hoc. s. ad successionem ⁊c. ⁊ quod preterijt nec pendet. alias secus.
vt. ꝭ. vt iudi. sine quoquo suf. §. fina. ⁊ de incest. nup. §. ⁊ hoc q̄dem.
¶ Nota primo ꝙ ex. §. neqȝ illo sumitur. auſ. que est tertie partis.
posita. C. de coll. l. illam. ¶ Nota secundo ꝙ differentia collitur in
ter masculum ⁊ feminam ⁊ non rationem. ¶ Nota tertio in. §. ⁊ hoc
quidem ꝙ legitimati per matrimonium per omnia succedūt quē ad
modum ⁊ legitimi. ¶ Nota quarto in. §. consideremus ꝙ erubesci
mus cum quid agimus quod lege non probamus. ¶ Nota quin
to in. §. ⁊ hoc dicimus ꝙ eodem tempore nō licet habere plures cō
cubinas ⁊ liberi nati ex concubina eo tempore sunt legi odibiles.
¶ Opponitur ad. §. neqȝ. ꝙ tertia portio minuatur. vt. C. de coll.
l. illam. ⁊ de suis ⁊ legiti. l. si defunctus. Solu. hec corrigit. ¶ Op
ponitur secundo ꝙ hec auſ. nihil innouet. vt insti. de here. ab inte
sta. §. fina. Solue vt in glosa notatur. ¶ Opponitur tertio ad. §.
consideremus ꝙ hodie omnem substantiam possit eis derelinquere
in testamento. vt quibus modis natu. effici. sui. §. nec igitur. ⁊. §.
si vero filios. Solutio hec corrigitur. ¶ Opponitur quarto ꝙ cō
cubina ab intestato ad succedendum non admittatur sicut nec vxor.
que non admittitur nisi in subsidium. vt. C. vnde vir ⁊ vxor. l. j. So
lutio sine liberis non admittitur. sed cum liberis venire potest ad
succedendum ab intestato vt hic. ⁊. §. quibus modis natura. effi. sui
§. si quis autem defunctus. ¶ Opponitur quinto ad. §. ⁊ hoc dici
mus. ꝙ lex ad preterita trahi possit ⁊ regulis subijci. vt. ꝭ. vt iudi.
sine quoquo suf. §. finali. ⁊ de incest. nup. §. ⁊ hec quidem. Solutio
hic in pteritis explicitis ibi in implicitis ⁊ pendentibus.

Illud quoqȝ. Bene continua. superius dictum est de prima ⁊ secunda parte rubrice. s. de triē
te ⁊ semisse ⁊ de successionibus filiorum ⁊ nepotum naturaliū. Se
quitur videre de tertia parte rubrice. s. de collationibus. ¶ Diui
de. §. in partes tres. Primo iuris antiqui recitatio. Secūdo ipsi
us correctio. Tertio confirmatio in alijs casibus. Secūda pars in
cipit in ver. nos sancimus. Tertia in ver. omnibus. ¶ Casus bre
uis. Collatio datorū ab intestato ⁊ ex testamēto fieri debet. nisi ex
pressim aliud dictum sit. omnibus que prius de collationibus a no
bis dicta sunt confirmatis. ¶ Expone litteram illud quoqȝ quod
infra sequitur nihil dicentes. idest in testamento non exprimentes

vt collatio fieret. datas idest per donationem ante nuptias vel mi
litie causa. que olim conferebantur oblitus est. expone sm glosam
per longitudinem temporis. propter quod aduenit obliuio. vel dic
idest propter cogitationem mortis que obliuionem inducit. vt. C.
qui testamenta facere possunt. l. hac consultissima. §. at cum huma
na. ⁊. ꝭ. de heredi. ⁊ falci. §. his omnibus. ⁊. §. hoc autem. datorum
idest eorum que data sunt que sm leges antiquas conferebantur.
⁊ ideo dicit datorum quin in datis ab eo requirebatur expressio pa
terna ⁊ non in aliunde quesitis. Et nota ꝙ. j. ampliat ⁊ reducit
ad ius antiquum. vt ibi exinde ⁊ ibi omnibus ⁊c. ⁊ hoc intellige sm
quid ⁊ omnino. idest ab intestato ⁊ ex testamento. ⁊ exinde idest ex
collationibus equalitatem. idest sicut olim seruabatur equalitas
ab intestato sic ⁊ hodie seruabitur tam ab intestato q̄ ex testamen
to ⁊ iure testamenti idest tanquam in hoc testamento sibi relictum:
omnibusqȝ. s. alijs preterq̄ in casu collationis ex testamento fiēde.
¶ Nota primo ꝙ collatio et ab intestato ⁊ ex testamento fieri de
bet. ¶ Nota secundo equalitatem seruari. ¶ Nota tertio ꝙ ho
mo pro tumultu mortis angustiatus obliuionem habet ⁊ memoriā
non tenet. ¶ Nota quarto ꝙ vetera iura confirmantur in casibus
non correctis. ¶ Opponitur primo ꝙ ex testamento non fiat col
latio nisi expresse dictum sit. vt. C. de colla. l. j. ⁊. l. filie. ⁊. l. filiaȝ. So
lutio hic corrigit. ⁊ ideo ibi super. l. prima posita est auſ. ex testamē
to sumpta ex hoc. §. que corrigit. ¶ Opponitur secundo hic de. l.
finali. §. sin autem extranei. C. communia vtriusqȝ iudi. Solutio fi
lij inter se conferunt. vt hic: extraneis vero coheredibus nullo mo
do vt ibi. ¶ Opponitur tertio ꝙ data simpliciter non conferātur.
vt. C. de colla. l. illud. §. finali. Solutio sm Johā. hic corrigit. sed
sm Azonem hic non loquitur de simplici donatione. ¶ Opponi
tur quarto de. l. ea demuȝ. ⁊. l. nec emancipati. C. de colla. Solutio
hic loquitur de his qui tempore mortis communis parentis habe
bant. ibi vero de his que postea quesierunt. ¶ Opponitur quinto
de. l. ex parte. §. i. ff. famil. hercisci. vbi etiam ab intestato nō fit col
latio. Solutio ibi pater omnia diuisit ⁊ plus filio dedit. ⁊ forte ho
die idem seruandum esset si pater testatus vel intestatus idem face
ret. ¶ Queritur an simplex donatio conferatur. ⁊ dic vt notatur
in auſ. ex testamento. ⁊ hic in glosa. Et hanc questionem disputa
uit dominus meus Dynus. ⁊ pro Azo. ꝙ simplex donatio non con
feratur multa iura allegauit. quia simplex donatio capit vim reli
cti. quod apparet quia in ea locum habet falcidia. vt. C. ad. l. falci.
l. in donationibus. ⁊. l. penultima que alias locum non haberet. vt. l.
si vsusfructus. §. dos. ff. ad legem falcidiam. ⁊ de donatio. cau. mor
tis. l. vbi ita donatur. Sed relicta non conferuntur. Sed precipua
capiuntur. vt. l. a patre. ⁊. l. filiam. C. de colla. ⁊. l. si qua fami. hercis.
Ergo nec iste donationes que capiant vim relicti. ¶ Preterea ces
sante ratione cessare debet ⁊ lex. vt. ff. de iure patro. l. adigere. §. q̄
nis. ⁊ de pactis. l. quod dictum. Sed ratio conferende donationis
simplicis est vt inequalitas euitetur. vt dicta. l. §. ad hec. Sed si vni
tantum vel omnibus est donatum cessat ratio inequalitatis. ergo
cessat collatio. Preterea illud est speciale cuius contrarium est ge
nerale. vt. ff. ad municipa. l. i. in fine. ⁊ de legi. l. ius singulare. Sed
speciale est in casibus vt hic notatur. ergo regulariter cessat colla
tio. ¶ Preterea hec donatio effectum sumit irreuocabilem demū
post mortem. ergo idem ius seruabitur quod in quesito post mortē.
argumē. l. j. §. si ab initio. ff. de colla. bonorū. Sed quesita post mor
tem non conferuntur. vt dictum est. ergo ⁊c. ¶ Item videtur esse ca
sus. C. famil. hercisci. l. filie. §. preterea. vbi tacita est donatio ⁊ nō
confertur. vt. ff. famil. hercisci. l. pomponius. ⁊. l. que pater. multo
ergo magis vbi est expressa. ergo ⁊c. ¶ Preterea quicquid patri
per filium non queritur non confertur. vt. l. finali. C. de colla. Sed
donatio simplex non queritur patri eo tempore quo assumit effe
ctum. quia mortuus est. ergo non confertur. Itē aut hic dicit do
tis ⁊ aliorum datorum. ergo ratione copulationis proprietatē pre
cedentis videtur attrahere. vt. ff. de fund. instru. l. seye. §. gayo. cuȝ
simili. Sed precedens non cōfertur ergo nec sequēs. ¶ Preterea
casus videtur. ff. de colla. bonorū. l. j. §. plane. Nam ibi mortuo pa
tre naturali consequitur ea re ipsa que habebat iuris fictione. vel
habuisse videt eo viuente. sic ⁊ in proposito. ¶ Itē quod nondū de
bonis exiuit sed exiturum spes est: non confertur. vt. ff. de collatio.
bonorū. l. i. §. sed an id quod dignitatis. ergo ⁊ in proposito. Item
si spes esset infallibilis quod sibi quereretur premoriente patre. ca
sus est legis ꝙ non conferetur. ergo ⁊ in proposito cum spes sit in
fallibilis ei queri premortuo patre ⁊ non reuocante videtur non cō
ferri. argumen. dicti. §. si ab ipso. ¶ Preterea id non confertur cu
ius actio ad heredem non transmittitur. vt. ff. de collatio. bonoruȝ
l. j. §. si impuberi. ⁊. l. secūda. §. emancipatus. Sed huiusmodi do
nationis petitio non transmittitur ad heredem mortuo filio existē
te in potestate. ergo ⁊c. ¶ Pro Johāne econtra arguit dominus
meus ꝙ simplex donatio conferatur. Et videtur esse casus. C. de
collatio. l. j. si donatione. ⁊. l. vt liberis. in fine.
¶ Item pro eo. C. de colla. l. j. vbi dicitur ꝙ ex eo successiones ob-
tinentes

tinentes conferre non oportet. ergo si non ex eo teneretur conferre.
igitur hodie simpliciter conferre debebit. ¶ Preterea vt hic dici-
tur. vniuersaliter omnino datorum facienda est collatio. ergo ⁊c.
¶ Item latior est via collationis ꝙ computationis in quartam.
vt. C. de colla. l. illud. Et quecunq computantur in quartam confe-
runtur. Sed hec donatio computatur. vt. C. de inofficioso testamē.
l. si quando. §. j. ⁊ fina. ergo confertur. vt dicta. l. illud. ¶ Preter-
ea si filius est in potestate non tenet donatio. sed remanet in bonis.
vt. l. pater. C. de inofficio. dona. si remanet in bonis. ergo debet con
ferri etiam ab emancipato. vt. ff. de collatio. bonorū. l. cum emanci-
pati. §. id quoq. ⁊. §. si duo nepotes. ⁊. l. si quis filium. multo ergo
magis ab eo qui est in potestate. Preterea si capit vim relicti fm
Azo. ergo computatur in quartam vt. l. omnimodo. ⁊ auc. nouissi-
ma. C. de inofficioso testamen. necessario sequitur ꝙ conferatur. vt
dicta. l. illud. Item que iuris fictione filius habuisse videtur viuen
te patre conferuntur. vt. ff. de collatio. bonorū. l. j. §. qui ab hostib⁹.
Sed donatū fictione iuris habuisse videtur viuente patre. vt. C.
de donatio. inter virum ⁊ vxorem. l. donationes. ergo conferantur.
¶ Preterea legatum relictum cum morietur pater conferre tene-
tur. vt. ff. de collatio. l. j. §. si emancipato. ⁊ hoc ratione infallibilis
spei. quam habet patre viuente ad consequendum. alias si spes esset
fallibilis. non conferretur. vt dicta lege cum emancipati. §. diuer-
sum ergo ⁊ in casu nostro cum spes sit fallibilis quia reuocari po-
test conferetur. vt dicta. l. cum emancipati. §. id quoq.

¶ Preterea is cuius acquisitio cōfirmatur ⁊ declaratur post mor
tem patris conferri debet non inspecta ipsa acquisitione facta post
mortem sed inspecto iure acquisitionis prouenient in vita patris
vt. ff. de colla. l. j. sed si iam ⁊ in proposito ius acquisitionis proue-
nit in vita patris. ⁊ trahitur ad patris vitam. vt dicta lege dona-
tionis. ergo ⁊c. ¶ Preterea videtur casus in dicta lege cum emā-
cipati. in principio. ¶ Item relicta conferuntur. vt. ff. de collatio.
bonorū. l. si fuerit. versi. plane. ergo ⁊ hec donatio conferetur. si ha-
bet vim relicti. ¶ Dominus meus obscure locutus est ⁊ in eman-
cipato videtur sequi opinionem Azo. Sed in eo qui est in potesta-
te videtur sequi opinionem Johan. Alij aliter reportarunt.

¶ Mihi videtur distinguendum esse aut pater donat filio eman
cipato: aut filio in potestate constituto. Primo casu si donat eman
cipato ob causam. scilicet res vt fructus earum ad sustentationem
habeat vel etiam in recompensationem alimentorum que ei sole-
bat ministrare. vel partis quam habiturus esset de bonis eius. vel
alio simili modo. tunc filius debet conferre. vt. C. e. l. prima. a con-
trario sensu. ⁊. l. vt liberis in fine que dicit pro tenore precedētiū
legum collaturis. ¶ Tenor autem precedentium legum est ꝙ vn-
decunq quesita conferantur. vt. C. e. l. ea demum. ⁊ lege nec eman-
cipati. ⁊. ff. eodem. l. ij. §. illud. ⁊. §. id quoq. ⁊. §. sequenti.

¶ Si vero pater donat filio emancipato simpliciter idest non ob
causam. nec aliqua repetendi lege. nec vt se exoneret. sed ob meri-
tum tunc non confertur. vt. C. eodem. l. penultima. §. fin. que etiam
in emancipato potest intelligi. cum locum habeat in quolibet pa-
rente. vt. C. de inofficio. donatio. l. ij. ⁊. §. de immensis dona. §. j. nisi
in duobus casibus. vt hic notatur. ⁊ in dicta auc. ex testamento.
Idem est si pater ei dedit alimenta. vt conferre non teneatur. ꝙ in
eam causam expendit. vt. ff. famil. hercisc. l. que pater. Idem est
etiam si donauit ei vt habeat post mortem patris. nec reuocauit.
vt. C. de collatio. l. a patre. ⁊. l. filie. ⁊. l. filiam. ⁊ famil. hercisun. l. fi-
lie. Secundo casu quando pater donauit res filio quem habet in
potestate regulariter conferre debet. vt. C. e. l. si donatione. secūdo
responso. Fallit in casibus in quibus conferre non tenetur. Pri-
mus est quando pater emit nomine eius res simpliciter ⁊ non ob
causam. nec postea reuocauit. vt dicta lege filie. C. familie hercisci.
Secundus est si pater donat vel relinquit filio rem. vt habeat
post mortem patris. vt dicta lege a patre. ⁊. l. filie. ⁊. l. filiam.

¶ Tertius est si donat ei simpliciter et propter meritum solum
⁊ constat. tunc etiam non confert nisi in duobus casibus. vt. C. eo. l.
illud. §. finali ⁊ de inofficioso testamen. l. si quando. §. finali. In du-
bio autem dic ꝙ semper conferre debet siue filius sit emancipatus.
siue in potestate. vt dicta. l. si donatione. secundo responso. ⁊. l. vt li-
beris. §. finali. Non obstat predictis iste. §. quia debent fieri col-
lationes animo. ⁊ exinde equalitas fm ꝙ olim dispositum est idest
sicut olim fiebat ab intestato. sic hodie fieri debet ex testamento
⁊ ab intestato. Et sic nota ꝙ ampliantur hic collationes quantum
ad modum cōferendi non quo ad res conferendas. Patet ergo ꝙ
debet fieri collatio hodie de eisdem rebus tantum de quibus fie-
bat olim ⁊ non de alijs ⁊ sic ostenditur euidenter ꝙ hec auc. nihil
facit pro opinione Johannis. Et etiam patet ex eo ꝙ sequitur. §.
priori. omnibusq. prius ⁊c. vbi confirmantur vetera iura. ⁊ de colla
tione dic vt notatur. C. eodem lege si emancipati in glos. ⁊ per domi
num meum Francis. ⁊ hic in glo.

Et quod sepe.

Continuatio ad precedentia. superius
dictum est de prima ⁊ secunda ⁊ tertia
parte rubrice. Sequitur de quarta. scilicet de distributionibus.
¶ Diuide. §. in partes tres. Primo iuris antiqui recitatio. Se-
cundo noui ⁊ antiqui correctio. Tertio pene impositio. Secunda
pars in versicu. hec nos. Tertia si vero aliquis. ¶ Casus breuis.
Diuisio bonorum a parente inter liberos facta non aliter valet
nisi in testamento fuerit facta vel in alia scriptura parentum vel li-
berorum omniū subscriptionem continente. Et hoc dicit vsq ad
§. studium vero. ¶ Expone litteram. Et ꝙ sepe eos. filios ser-
uent parentes. aut si non hoc. scilicet fecerint idest in testamento
non diuiserint cuiuspiam. idest extranei vel vnius filiorum ⁊ nō om
nis alicuius artificio. idest ex artificio ⁊ malitiose scribentis. hinc
idest ex hoc testamento. ⁊ diuisione inibi facere. cautela. idest firmi
tate. ¶ Nota primo ꝙ obuiandum est malicijs ⁊ falsitatibus.
¶ Nota secundo ꝙ sufficit subscriptio in diuisione facta inter fi-
lios. ¶ Argumentum est iste. §. ꝙ tabellio qui testes recipere de-
bet. suspectus dari non debeat. Idem etiam in iudice cui causa cō
mittitur. vt. C. de iudi. l. apertissimi. ⁊ supra de defen. ciuitatū. §. j.
¶ Opponit̄ primo ad ver. hic nos. ꝙ si pater non potest testari. er-
go nec poterit codicillari vel aliam vltimam voluntatem facere. vt
ff. de iure codicillo. l. diui. §. codicillos. ⁊ de legatis. iij. l. j. §. j. So-
lutio hic loquitur de impossibilitate facti. ibi de impossibilitate ⁊
necessitate iuris. que multe sunt. vt notatur instit. quibus non est
permissum facere testamentum. §. finali. ¶ Opponitur secundo
ꝙ huiusmodi diuisio ⁊ dispositio valere debeat. etiā sine subscriptio
ne ⁊ sine aliqua scriptura dummodo coram duobus testibus fiat.
vt. C. famil. hercis. l. quotiens. ⁊. l. filij. ⁊. l. si cogitatione. ⁊. l. fin.
⁊ de testamē. hac consultissima. §. ex imperfecto. Solutio hic loqui
tur quando in scriptura vult facere suam vltimam voluntatem. ibi
loquitur quando sine. ¶ Opponitur tertio ꝙ sine subscriptione
hodie valere debeat. vt. j. de testa. imperfec. §. j. Solutio ibi in te-
stamento. hic in alia scriptura. Alij vt mar. dicunt ꝙ hodie non po-
test fieri nisi cum subscriptione. quod est falsum. vt notatur dicta. l.
fina. C. famil. hercisc. ⁊ dicta. l. hac consultissima. auc. quod sine.
¶ Queritur quid si decem habet filios ⁊ quibusdam prelegat nū
quid etiam illi subscribent. quibus non prelegat. Respondet glos.
ꝙ sic. quia eos tangit. vt. C. de autorita. prestāda. lege finali. ⁊ facit
ad predicta. ff. familie hercisc. lege si filia. §. si pater. ⁊. l. ex par-
te. §. j.

Studium vero.

Continuare potes ad precedentia
sic. Superius dictum est de prima
secunda tertia. ⁊ quarta parte rubrice. Sequitur videre de quinta
scilicet de litterarum ⁊ numerationum inficiationibus. ¶ Diuide
vsq ad. §. illud quoq in partes duas. Primo de principali perso
na. Secundo de procuratore ⁊ curatore li. gante. Secunda pars in
cipit in. §. si vero lis. Iterum prima pars subdiuiditur in partes
quatuor. Primo de reo negante scripturam ⁊ numerationem vel
numerationem tantum. propria scriptura contentam ⁊ stante in fi-
nibus negationis. Secundo de eo qui primo negauit ⁊ post confi-
tetur. Tertio de eo qui negauit numerationem ⁊ post decurrit ad
solutionem. Quarto de actore qui pecuniam sibi solutam petit ⁊
litteras proprias solutionis negat. Secunda pars incipit in ver.
si. enim. Tertia in versi. si quis ast. Quarta in versicu. si autem.
¶ Casus breuis. Qui scripturam propriam vel numerationem in
ea contentam abnegat reus actor vel curator sit pena dupli condē-
nandus est. nisi aduersarium probationis onere sua confessione re-
leuauerit. In expensis nihilominus condēnandus. Sed si post in-
ficiationem numeratione probata ad solutionem decurrerint solue
re nihilominus compelletur. Et hoc dicit vsq ad. §. illud quoq.
¶ Expone litteram. Studiū vero approbare in casu qui sequitur.
protulit. plebs clementia iudicum superuenientibus penis. mali-
uolentiam idest mendacia cessauerunt scripturam priuatam. cū scri
pturam ⁊ numerationem ⁊ hic ad solēnitatem vel probationem fa-
ctam. tamen hic indistincte ⁊ generaliter loquitur. hec scriptura
eius scripture. suscipiat idest confiteatur. non solutum idest nō nu
meratum. in vtroq casu idest siue negauerit scripturam ⁊ numera-
tionem per consequens. siue confitetur scripturam ⁊ numerationē
tantum neget delectamur. idest non imitamur. precedentes quo ad
pene impositionem. omnibus modis idest siue negauit vtrunq siue
alterum. abrenunciās idest probare recusans. rei qui primo nega-
uit solui idest tolli. Si enim repilogat predicta vt addat ⁊ decla-
ret. egerit idest reus scripturam propriam negauerit vel numera-
tionem in ea contentam. Si vero longiori. predicta obtinent vt cū
actor propter negationem rei nullas fecit expensas. Si vero fecit
hoc sequitur probationes faciendas. Si quis autem numeratio-
nem in scriptura propria contentam quam non negat. vel quā scri
pturam etiam negat: secus si numerationem tantum negat propria

scriptura non contentam. vt. ff. de reg. iur. nemo ex his. in prin. vbi de hoc. vel dic et forte melius q hoc habet locum quando numerationem solam negat etiam in scriptura non contentam. cum generaliter et indistincte loquatur. vt hic. et .S. in rubrica et .S. eo. versicu. si enim. et ar. j. eo. §. illud quoq. ver. j. et ver. hec a nobis. Et dic q hoc est speciale cum quis inficiatur numerationem. quia multum frequentatur et est in vsu. arg. C. de fide instru. l. contractus. §. j. in fine. §. et ff. pro emp. l. ij. in prin. et argumen. insti. de rerum diui. §. gallinarum in fi. i. sibi. ita q ignorantiam non possit pretendere. pecuniarum ex causa mutui. vel alia. Si autem etiam predicta obtineret in reo negante. in actore vero. dic. vt. j. sequitur. repetetur alias repetetur. credo q debeat esse repetetur quia maius est delictum in agente q in patiente. quia reus tantummodo negat. sed actor agit et negat.

¶ Nota primo q de mendacio quis puniendus est. ¶ Nota secundo q iudex non debet esse nimium clemens. ¶ Nota tertio q qui non est prudens in culpa efficitur sapiens in pena. ¶ Nota quarto q ex mendacio quod nulli nocet non debet quis puniri. vt. ff. de eui ctio. l. fundum. §. fina. Et nota q multa sunt genera mendaciorum. vt xxij. q. ij. §. item quod dicitur. et c. quod primum est. ¶ Nota quinto q qui in vno grauatur in alio releuatur. et econtra. vt. ff. de iureiuran. l. cum qui. in prin. ¶ Nota sexto q parcitur sponte confitenti. ¶ Nota septimo in. §. si vero. q dolus contumacia et delictum procuratoris tutoris et curatoris non debent domino nocere.

¶ Opponitur primo q sponte confitenti parcendum non sit. vt. ff. de fur. l. qui ea mente. et vi bonorum rap. l. penul. Solu. ibi regulare hic casuale vel dic hic deliquit in iudicio. ibi extra. Et dic vt notaui. C. de epi. et cle. l. si quis non dicam ¶ Opponitur secundo q neganti liceat postea excipere de solutione. vt. ff. de regul. iur. l. nemo ex his qui negant. Solutio ibi regulare. hic speciale. vt ibi no. Et est ratio quia propriam scripturam negauit vel numerationem que multum frequentatur et est in vsu. vel propter mendacium. de hoc notatur per Dy. dominum meum. extra de regu. iur. c. nullus pluribus. ¶ Opponitur tertio ad id q cum actor est in dolo debet rei possidentis esse melior conditio q actoris qui petit q iam sibi solutum est. vt. ff. ne quis eum. l. i. in fi. et l. ij. Solu. secundum glo. hic actor fuit bone fidei prius et postea. ¶ Opponitur quarto q reus qui prius soluit non est cogendus amplius soluere. vt. ff. de reg. iur. l. bona fides. Solutio contingit propter mendacium suum et propter bonam fidem actoris. ¶ Opponitur quinto ad. §. si autem q actor mendax non debeat plus puniri q reus. Solutio si est in littera reputetur non plus punietur. Si vero est repetetur tunc punietur in plus. Et est ratio quia maius est delictum in agente q in patiente. vt dixi supra exponendo litteram. ¶ Opponitur sexto q pena non debeat crescere per inficiationem vbi nil debetur. ff. ad. l. aquil. l. inde neratius. §. fi. et l. seque. et de interrog. actio. l. confessionibus. Solu. hic est regulare. ibi speciale. vel dic hic precessit debitum. ibi non.

¶ Queritur primo que actio habeat locum ad petendum penam. Respondeo conditio ex hac lege. cum antiqua actio est sublata sic ff. de adul. l. quod ex his. alias si actio superesset agi poterit actione ex contractu precedenti. ¶ Queritur secundo an habeat locum quod hic dicitur in scriptura publica. Respondeo nonet notatur in aut. contra qui propriam. ¶ Queritur tertio an quod hic dicitur habeat locum in qualibet scriptura priuata. Et glosa que est in dicta aut. contra qui propriam. dicit q si scriptura facta est ad obligationem. et litteris contracta obligatio tunc habet locum. secus si facta est ad probationem. Tu dic in vtroq casu locum habere cum loquatur hic generaliter et indistincte. et cum pena sit statuta propter mendacium. et quia aduersarium in probatione onerauit. ¶ Queritur quarto in quantum sit puniendus. Respondeo si est reus punitur in simplum si precessit numeratio. si non tunc punitur in duplum. vt notatur in aut. contra qui propriam. vel dic vt hic notatur. s. q in reo vnum simplum est pena. aliud vero est rei restitutio. vt in. §. si quis aut. annumerationem. Sed in actione totum duplum est pena. vt in. §. si autem etiam reus. ¶ Queritur quinto in qua negatione locum habeat. Respondeo habet locum quando negat scripturam et numerationem. vel numerationem solam propria scriptura contentam vel numerationem solam etiam in scriptura non contentam. vt dixi exponendo litteram. ¶ Queritur sexto quid si litteras eius cuius negocium gerit negat procurator vel curator. Respondeo non tenetur vt hic notatur in. §. si vero lis. ¶ Queritur septimo. nunquid dolus vel contumacia procuratoris nocere debeat domino. hic est argu q non. et. ff. q quisq iur. l. iij. §. si procurator. et ij. seq. §. si procurator. Dic vt notatur per Ber. extra vt lite non conte. c. j. in fin. Et no. ff. de procura. l. non solum. in prin. et per Odo. ff. si quis ius di. non ob. l. j. §. si procurator. et per Dy. ff. de excep. do. l. apud celsum. §. quesitum.

Illud quoq. Continua superius dictum est de quinq partibus rubrice. sequitur de sexta videre. scilicet de rerum detentarum inficiationibus. ¶ Diuide. §. in partes quattuor vsq ad. §. quod autem. Primo dictum et iuris antiqui recitatio. Secundo iuris noui narratio. Tertio breuis precedentium repilogatio. Quarto ratio precedentium. Secunda pars incipit in versi. alio quidem. Tertia in ver. hec a nobis. Quarta in versi. hec vt. ¶ Casus breuis. vsq ad. §. quod autem. Possessor qui rem esse eius de quo actor affirmat negauerit et post probationem actoris confitetur ad exceptionem decurrens prius rei possessione priuatur q de iure suo audiatur. Et hoc dic vsq ad. §. quod autem. Expone litteram. Illud quoq. Ex hoc. §. sumitur aut. item possessor posita super. l. licet. C. qui potio. in pigno. habe. conuentus fuerit actione quacunq ad rem vel ad possessionem. illius esse. s. cuius esse affirmat actor illius in re. cuius primo negauit esse personam possidentis. relatis idest collatis ab eo. quem dominum prius esse negauit. hec. s. facta adhuc. i. post probationem actoris. ¶ Nota primo hic ex mendacio aliquem puniri. ¶ Nota secundo q punitur quis in translatione possessionis. ¶ Nota tertio q mediocris et clemens et cause conueniens pena infertur pro abnegatione. ¶ Opponitur primo de. l. officium. in princi. ff. de rei vendi. vbi post negationem exceptio locum habet sine culpa. Solutio ibi talis opponebatur exceptio que non erat contraria his que prius dixerat ipse reus. hic vero erat contrarius sibi ¶ Opponitur secundo q contraria proponens non sit hic audiendus. et q non sit hic iusticia in eo q admittitur quis tam varia dicens. quia primo non illius esse dixit cuius nunc dixit. vnde videtur repellendus tanquam sibi contrarius. vt. C. de furtis. l. j. et. ff. de peti. here. l. vj. ¶ Solutio satis punitur hic vel dic q in diuersis iudicijs admittitur. vt hic. et. ff. de inofficio. testamen. l. papinianus. §. sed nec impuberis. sed non in eodem vt ibi. Sic et alias in hoc est differentia. vt. C. de tempo. ap. l. per hanc. Et dic vt in glo. ¶ Opponitur tertio q etiam in diuersis iudicijs non admittitur. vt. C. de codicil. l. fi. circa princ. Solutio ibi in electione sibi preiudicauit. hic non et hoc est verius. Vel dic ibi contrarietas intercessit in scripture identitate hic rei. Vel dic ibi est sibi contrarius vtraq via agendo semper hic vna via agendo et alia excipiendo. Et ideo hic admittitur. arg. ff. de excep. l. nemo prohibetur. et de reg. iur. l. nemo ex his. Et hec solutio satis est bona.

¶ Opponitur quarto contra solutionem scilicet q contraria proponens audita etiam in eodem iudicio. vt. ff. de euicti. l. minor. §. si seruus. Solutio vt ibi notatur. s. q eodem et diuersis temporibus potest contrarias exceptiones proponere. vt dictis legibus. hoc non placet quia ibi agendo ambe proponuntur. Alij dicunt vt ibi not. q actiones contrarie proponuntur diuersis temporibus. non eodem vt dictis legibus. hoc non placet. quia ibi proponuntur contrarie actiones in eodem libello. Tu dic q illud procedit ex consuetudine et non de rigore iuris. vt notatur insti. de actio. §. alie.

¶ Opponitur quinto q etiam de rigore iuris in diuersis iudicijs contraria proponens audiatur. vt. C. de inoffi. testa. l. cum qui. et l. contra maiores. Solutio concordat quod ibi dicitur cum isto. §. et ad declarationem precedentium dic q quedam sunt contraria origine et effectu. et hec se non compatiuntur. vt dicta. l. fi. C. de codicil. et maxime quando electione tolluntur. Quedam sunt contraria origine tantum. et non effectu et ista se compatiuntur. et non tolluntur. vt dicta. l. cum qui. et l. contra maiores. cum similibus. Quedam sunt contraria origine et effectu. sed electione non tolluntur. vel quia vtraq est via excipiendi. vel altera agendi: et altera excipiendi. et eo casu se compatiuntur et vna altam non tollit. et maxime in diuersis iudicijs. vt hic et. d. §. sed nec impuberis. ¶ Opponitur sexto. vt. S. e. §. si quis autem ad numerationem. vbi primo negauit. et postea exceptione vtitur. et non auditur. So. ibi in eodem iudicio. hic in diuersis vel dic ibi directe per fidiam egit. hic per obliquum. vel dic ibi pena alia non potest imponi. hic sic. Vel dic ibi fidem fregit et contra caritatem venit hic non. vel ibi specialevt tanta pena imponatur. propter contractus frequentiam. vt ibi notatur. ¶ Notandum est q. §. iste est generalis. et locum habet in omni actione reali. et in eo qui experitur suo nomine et alterius nomine. Item etiam habet locum in possessorio iudicio. et dic vt in gl. que incipit. s. rei vendicatione. Et pone casum vt in glo. ¶ Queritur primo quo iure fiet hec translatio possessionis. Responsio. per officium iudicis. vel conditione ex lege. Et dic vt in gl. ¶ Queritur secundo an sententia dari debeat in. q. prin. Responsio. non ne absorbeatur ius conuenti. ar. C. qui legi. pso. in iu. ha. l. momentanee. et. ff. de rei ven. l. fi. ¶ Queritur tertio quid si in rem agor reus dicat se non possidere. an quid lis contestabitur et iurabitur de calumnia super translatione possessionis. vt. ff. de rei ven. l. fi. Responsio. gl. q sic quia prius non erat iuratum in actione in rem nec lis contestata quia illa questio. s. an possideat fit ante litem contestatam. vt. ff. de interroga. acti. l. qui seruum. §. in iure. Sed durus est sermo iste. q ad tantos anfractus perueniatur. Et cum tanta difficultate procedatur veritate agnita. Et pena translationis locum habente. Unde credo q sine libello et litis contestatione procedatur. vt. C. de plus petitio. l. j. et de iurisdi. om. iudi. l. in criminali. et de sacrosan. ec. l. iubemus. §. sane. et ar. ff. de procura. l.

eur.l.si reus ⁊.ff.e.§.studium.⁊.§.si quis autem.⁊ §.si autẽ.Sed in casu istius.§.non sunt hec necessaria cum causa fuerit incoata ⁊ offi cio iudicis hec expediantur.¶ Item dicit glosa ꝙ in dicto casu in quo dictum est litem deberi contestari eo ipso facta interrogatione habetur pro contestata super iudicio possessionis.sed non super iu dicio actionis in rem.Et dic vt in gl.sed dominus lambertinus de rampo.dicebat non fieri contestationem etiam super iudicio posses sionis quia ibi non est animus contestande litis.sed excludendi iu dicium.⁊ quia non interuenit narratio ⁊ petitiõis responsio: que ẽ necessaria ad litis contestationem.vt.C.de lit.cõ.l.j.Item per posi tiones non fit litis contestatio vt extra de elec.c.dudum.ij.versi.li cet vt ibi notatur.¶ Queritur quarto nunquid libellus est neces sarius.respondet glosa ꝙ non per auc.offeratur sed opponit gl.er go contestatio nulla erit.Et rñdet glosa ꝙ hic non fuit petitus:vl dic speciale est hic propter negationis naturam.de hoc notatur p odoff.C.de lit.conte.l.j.⁊ auc.offeratur.sed odoffr.alibi dicit ꝙ li bellus est necessarius.vt notatur per eum.ff.de petitio.here.l.regu lariter in fi.non credo libellum esse necessarium sed petitionem vel narrationem simpliciter.⁊ facit extra de verb.signi.c.seve in cle.
¶ Queritur q̃nto an reus possit penitere respõsi .respondet odof fre.ꝙ sicvt.ff.de interro.actio.l.de etate.§.celsus.⁊.C.de alie.iudi. mu.l.vna.

Quod autem. ¶ Continua.superius dictum est de sex partibus rubrice . sequitur videre de legitimatione liberorum naturalium. Et diuide vsq̃ ad finem.ti tu.in partes quattuor ⁊ p̃rio de naturalibus natis ex concubina li bera.Scd̃o de natis ex liberta.Tertio de natis ex ancilla . Quar to diuulgatio.Secunda pars incipit in versi.⁊ aduenerunt. Ter tia in versi.sed quoniaꝫ.Quarta in.§.tua igitur.¶ Casus breuis vsq̃ ad finem tituli liberi ex concubina libera vel liberta.vel ancil la postea manumissa nati:⁊ nuptiis ⁊ nuptialibus documentis iter uenientibus legitimi efficiuntur.siue alij nati fuerint.⁊ viuunt. siue nati mortui sunt.siue nulli postea nati sunt.vltimo precipit diuul gari.Et hoc dicit vsq̃ ad finem.Expone litteram . Quod autem. quia hec.s.ꝙ nati ante dotalia instrumenta sint legitimi. ¶ Nota hic de legitimatione filiorum naturalium qui nati sunt ex concubi na libera vel liberta:vel ancilla.Item nota ꝙ naturales liberi nati ex ancilla non possunt legitimari superstite coniuge vel liberis legi timis.¶ Opponit.j.ad.§.adinuenerunt.ꝙ liberte cum omnib⁹ li ceat contrahere dotalibus instrumentis interuenientibus vt. j̃ .vt liberti decetero §.si quis autem.Solutio hodie regulariter liceat vt ibi.¶ Opponitur secundo.ꝙ sine documẽtis liceat nuptias cõ trahere.vt.C.de nup.l.neq̃ sint.Solutio.ibi est regulare.fallit vbi de legitimatione filiorum tractatur.¶ Opponitur tertio ꝙ etiaꝫ extantibu3 legitimis liberos naturales liceat legitimare.vt. ff .de incest .nup. §.dubitatũ. Solutio ibi in libera.hic in ancilla concubi na postea manumissa.¶ Opponitur quarto ꝙ hodie sit ideꝫ in an cilla manumissa.vt dicto. §.si quis autẽ. Solutio fm azo.quod hic dicitur ibi corrigitur.hoc est falsum.quia oportet ꝙ eo tẽpore quo liberi nascuntur eam legitime vxoreꝫ ducere potuerit vt in.d.§. du bitatum qd̃ in ancilla procedere non potuit vt.C.de incest.nup.l.cũ ancillis dic ergo.ꝙ illud qd̃ ibi dicitur habet locum in alijs casib⁹ sed non quo ad hanc legitimationem liberorum vt hic.

¶ De filijs ante dota.instrumenta natis.

¶ Continuare potes rubricam sic.superius de incest.nup. §.dubi tatum ⁊.ff.ti.proximo.§.hisdem.⁊.§.quod autem.⁊.§.se. habitum est de filijs ante docalia instrumenta natis .sed q: dubitari potuit de natis ante legem conditam an possint legitimari fm formam no ue legis.ideo sequitur hec rubrica.

¶ Et ad solutionem oium contrariorum distinguitur cũ queritur an perueniat feudum ad agnatos. an peccat vasallus delinquendo aut alienando. Primo casu aut in dñm. ⁊ reuertit ad dñm. omnib⁹ aliis exclusis ẽt agnatis. vt in. §. deniq; in prin. aut peccat in aliũ. ⁊ tunc peruenit ad agnatos. ⁊ non ad filium. vel ad dominũ vt. in. §. deniq; .ij. respon. ⁊ .j. ti. .j. c. si vasallus. Secundo casu aut alienat legitime. tunc puenit ad filios si supersint. vel ad agnatos si filij non supersint. vt. s. de suc. feu. §. j. cum similibus. si illegitime tunc peruenit ad agnatos non ad filios. si filij nõ supersint agnati etiam vi uo alienatore reuocant. sed extantibus filijs tunc post mortem. vt dicto. c. titius obtinet vbi agnati consenserint. vel anno tacuerint vt ꝓ dicto. §. porro. ⁊ dicto. c. titius. non extantibus agnatis reuertitur ad dñm. vt hoc. §. fi. ⁊ dic etiam vt no. s. de suc. feu. §. j.

¶ Si vasallus de feudo ⁊c.

¶ Continuatio rubrice potest fieri sic. superius de inuestitura ꝺ re aliena est facta mentio de controuersia que mouetur super re feudali vasallo ab extraneo. ⁊ de euictione eius imperfecte tamen ideo sequitur. hec rubrica.

Negocium tale est. ¶ Diuide capitulum i tres partes. Primo thema. ⁊ questio. Scdo respõdet quid iuris sit quando certum est vasallũ victum esse de feudo. tertio quid iuris est quando dubium est an sit victus de feu. vel de alia re sua. Secunda incipit in ver. ⁊ super nego. Tertia in ver. sed si dñs. Casus extraneus vasallo mouet controuersiam de feu. vas. dño nunciauit qui eũ defenderet feu. euictum est a vasallo dño renuente eũ defendere querit an dñs teneatur vasallo de euictione. ⁊ inquantũ. rñ. aut certũ est feuduꝫ fore euictum. tunc dñs tenebitur de euictione vas. vt aliud sibi in feudũ restituat eiusdem estimationis vel det nũmos qui cõuertant in spẽ que sit in feu. aut est dubium feudũ. esse euictũ tunc si vasallus pbet feudũ esse quod est euictum. aget de euictione si non pbet dño defertur iusiurandũ. Sed dic eiusdem estimationis ar. vij. q. j. c. pñtiuꝫ. ⁊ extra. de pben. c. cũ scdm. in feu. dandos. i. in aliquã rem imobilem quã retineat in feu. nõ enim dicas ꝙ nũmi sint in feu. qꝛ non cõsistit feu. in re mobili. vt. s. de feu. cogn. c. ij. feu. restituat. i. aliud imobile eiusdẽ bonitatis vt. s. de inuesti. de re. ali. facta circa prin. negat hic qd est euictum. ¶ Nota hic regulã ꝙ vasallus agit de euictione re feudali euicta ꝯ dñm. fallit regula si nõ denunciauit dño. vt hic vel si tempestiue denunciauit. ar. ff. de euic. si rem. §. fi. Item si sint sciens nec est stipulat⁹ nec pactus. vt. s. de inuesti. de re. ali. in prin. Iteꝫ si eo absente iudicatũ est vt. ff. de euic. si id. Itẽ si p ipꝛudẽtiã iudicis. vt. ff. de euic. l. si p ipꝛudentiã. Itẽ si cõpromisit. vt. e. ti. l. tñ. §. si cõ promisero. Itẽ si nõ appellauit nec denũciauit dño ꝙ appellaret vt e. ti. hẽmus. §. fi. Itẽ nota hic ꝙ spectat tpˢ rei iudicate. ⁊ sic habetur rõ melioꝛatiõis ar. ff. si cer. pe. l. vinum ⁊ de actio. emp. l. titi⁹. ⁊ l. se. ⁊ se. ⁊. C. de euic. si ꝑemptũ. ¶ Oppo. glo. in fi. c. dicit ꝙ absolui debeat dñs sine iuramẽto. qꝛ actore nõ ꝓbante ⁊c. vt. C. de eden. qui accusare. Solutio hec ꝓsuppositio erat p vasallo facit. j. de consue. rec. feu. c. ij. in prin. ⁊ dixi. s. de cõtro. inuesti. in prin. ⁊. §. ij.
¶ Querit quid si det pecunia in feu. ⁊ vt prestetur seruitiũ qd fiet. Certum est ꝙ non erãt in feu. vt. s. de feu. cogni. c. ij. glo. non rñdet Sed potest dici ꝙ dño dabitur conditio sine causa contra vasallũ. ar. ff. si certum peta. sed ⁊ me ⁊ titium. ff. de condi. sine causa. l. j.

¶ Si de feudo contro. fuerit. ⁊c.

¶ Hec rubrica sic potest continuari ad precedentia dictum est. s. i spẽ de ꝯtrouersijs feudi sequitur in genere videre. Et lꝫ rubrica hec sit descripta in spẽ. tñ titulus est generalis vt. j. patebit.

Si de feudo defũcto. ¶ Casus. si cõtentio est inter dñm ⁊ agnatos defuncti agnati interim ante litẽ ꝯtestatã cõstituendi sunt in possionẽ. vtroq; aũt in ꝓbatione deficiente agnatis defert iusiurandũ. h. d. constituendi interim ẽt lite pendente. ¶ Oppo. sm glo. ꝙ agnati nõ debeãt cogi anceps piuriũ subire vt. ff. re. amo. l. marcellus. ⁊ de in litẽ iurã. videamus. Solo hic non dr ꝙ debeãt cogi imo dr ꝙ electio iuris iurãdi dat eis. ⁊ hoc intellige vt no. j. de cõsue. rec. feu. c. ij. ⁊ dixi. s. de cõtro. inuesti. in prin. ¶ Querit i gl. quid si sup statu moueat questio vasalli. an interim possidebit vasallus vel dñs. Glosa rñdet. vr ꝙ dñs. vt. C. de carbo. edi. l. j. cũ ꝯcoꝛ. Tu dic aut ex possiõe libertatis ꝓuocat in seruitutem tunc possidebit vasallus. aĺs forte dñs. ar. C. de affe. tol. l. j. ⁊ quibus ad libertã. pcla. non licet. l. ij. ⁊ de oꝛdi. cogni. l. fi. ¶ Querit extra. gl. que est hic rõ quare agnati cõstituunt hic in possess. ⁊ ꝓbat dñs. qꝛ vasallus erat in possione tpe mortis cuius se dicũt agnati successores. ar. C. de edicto. di. adri. tol. l. fi. ⁊. ff. quoꝝ bo. l. j. ⁊ qꝛ dñs est actoꝛ ar. C. de eden. qui accusare in dubiũ res ꝓsumit libera. vt. C. de seruitu. l. alti⁹. ff. de seruitu. l. fi. ⁊ qꝛ ꝓsumptio est p antiq̃tate. ⁊ ab antiquo vasallus possedit. ar. ff. fini. regun. l. in finalibus.

l **Inter filiam.** ¶ Casus si cõtentio est inter filiã ⁊ agnatos de beneficio. filia interim esse dꝫ in possione. vtroq; aũt deficiẽte in ꝓbatione agnatis defert iusiurandũ. h. d. allodiũ. i. liberũ patrimoniũ qd a nemine recognoscit. vt. j. de pace. iu. fir. §. ad hoc. ¶ Queritur hic que est rõ. quare filia cõstituit in possionẽ magis ꝙ agnati. rñdeo qꝛ filia de iure est heres. vt in aut. de heredi. ab inte. in pri. ⁊ ꝓsumit res libera in dubio vt dixi. s. c. j. ⁊ quidẽ heres ꝓsumitur dñs sicut ⁊ defunctus. vt. C. de ꝓba. sine possione. ⁊ qꝛ pre viuo censetur dñs ⁊ possidere. vt insti. de heredi. ab intesta. §. sui. ⁊. ff. p herede. l. ij. §. fi. ⁊ de here. ab intesta. §. sui. ¶ Oppo. ꝙ iuramẽtũ nõ detur agnatis sed absolui dꝫ filia sine iuramẽto actoris. vt. C. de edẽ. l. qui accusare. Solutio hic ꝓsumptio erat ꝓ actore. ¶ Oppo. ꝙ iuramentũ nõ det agnatis sed filie. vt. j. pxi. c. Solo hic cõtẽtio est inter filiã ⁊ agnatos. ibi iter filiã ⁊ dñm. vel dic ⁊ meli⁹ hic ꝓsũptio erat pro agnatis contra filiã. ibi vero p filia contra dominum.

d **Defuncto milite.** ¶ Casus. si cõtẽtio est iter dñm ⁊ filiã de feudo. filia interim manere dꝫ in possione. vtroq; aũt in ꝓbatiõe deficiente filie datur electio iurisiurandi. hoc dicit. ¶ Opponitur. ⁊ quere vt dixi. s. j. ⁊. si ca.

m **Moribus.** ¶ Casus. comes vel baro de beneficio sui militis qd ad eũ reuerti sperat post eius mortẽ aliũ militẽ inuestiuit. querit qñ sumat effectũ hec inuestitura. rñdeo ꝙ capit effectuꝫ quando sibi vel heredi suo fuerit apertum. Sed inuestitura facta a prelato eodem modo non capit effectum nisi sibi aperiatur. ⁊ in tali inuestitura non exigitur. cõsensus eius de cuius feu. ꝓcedit. h. d. facere posset sub conditione vel in diem. vel dic etiam sub cõditione siue pure sed nõ capit statim effectũ nisi feudo apto. sed eo mõ qui sequit. opꝫ qꝛ valet inuestitura siue fiat in idẽ siue sub conditione siue pure. sed non habet effectum nisi feudo aperto. potest tamen vtilis esse consensus si inuestitura esset facta pure vel in diem vel sub conditione. ⁊ pri⁹ dies vel conditio existat ꝙ decesserit feudum tenens: ⁊ dic vt dixi. s. qui suc. te. ⁊ de feu. da. in. vi. l. commis. c. ij.

v **Vasallus.** ¶ Casus. si vasallus dño inficietur feudum vel ptẽ feudi. aut eius cõditionem euict⁹ postea de mẽdacio pdit feu. ⁊ eius ꝯditionẽ. Sed si alius vasallus hec sciẽs hoc dño nõ manifestauerit feudũ ꝓpterea nõ amittit. Quinimo nec ẽt si vasallus aliã rẽ dñi nõ infeudatã celauerit ꝓpterea feudũ amittit. h. d. ex certa sciẽtia. nisi sic crassa vel supina. vt. ff. man. si fideiussoꝛ in prin. ⁊ de iuris ⁊ fac. ign. nec supina. cõuictus dño ꝓbante feudũ. ⁊ dic p testes. secus forte si p iusiurandũ. vt. ff. de iureiuran. eũ qui. in prin. Et in aut. de trien. ⁊ semis. §. stadiũ quoq; ⁊. §. se. feu. toto. vel totũ inficiatus est. vl' partem. si in ptem. ⁊ nõ in plus. ar. j. de vas. qui ꝯ consti. lotha. c. j. ⁊. ff. de his qui. vt indig. l. reptum. ⁊ l. heres. ⁊ no. hic quẽ de mẽdacio puniri. sic. j. e. ti. c. vasal. feu. ⁊. j. de. l. coꝛ. c. fi. ⁊. ff. de noxa. quotiens. §. ꝓtoꝛ ait ⁊ dicto. §. stadiũ. ¶ Querit qd si pꝛimo negauit postea penitet ⁊ cõsitet an euitet penã. rñ. sic vsq; ad litẽ cõte. postea nõ põt. vt. ff. de noxa. electio. §. nec heredi. ⁊ de interro. act. de etate. §. fi. ⁊ C. de plus peti. l. vna. vel dic ꝙ ẽt vsq; ad sniam euitet ar. C. de iurisdi. om. iudi. l. in crĩali. ⁊. ff. de in ius vocan. l. ꝙuis. ⁊. C. de his qui. vt indig. l. alia. ¶ Querit qd si cõuẽtus vasallus dubitat dic ꝙ dubitanter põt rñdere. vt. j. eo. c. vasal. hic sciẽs. sub gl. nõ tñ p dolum suũ amittit feudũ. ¶ Sed nõne eo ipso ꝙ est sciẽs ꝓsumit in dolo. vt ar. ff. man. si ꝓcuratoꝛẽ. §. fi. ⁊. s. que fuit pꝛima cã be. amit. §. si vasallus. ⁊. s. de forma fide. c. vno ⁊ ti. se. vbi dr ꝙ dꝫ certioꝛare dñm de eo qd dño ẽ vtile. ⁊ vt possit grãde dãnũ euitare. certe mihi videt ꝙ sic p dicta iura vt. j. e. c. licet. vel dic ꝙ aut potuit certioꝛare aut nõ. vel dic aut leue aut grãde dãnũ. seq̃ põt. celauerit. Opp. ⁊ rñ. eo mõ vt dixi. s. prime. alij dñt ꝙ feudũ ꝓpterea nõ pdit nisi cũ iusticiã nõ facit de feudo. vt. s. que fuit pꝛia cã be. amit. §. porro. ¶ Queritur ⁊ est qd subbatina vtilis ẽ ⁊ dubia. ⁊ i regno sicilie sepe frequentat: ⁊ cã ego Iacob⁹ de beluiso legũ doctoꝛ vidi frequentẽ ibidẽ versari. miles vasallus ꝓstitit seruitiũ lõgo vel lõgissimo tpe tanq̃ vasall⁹ postea denegat seruitiũ: ⁊ negat feudũ. an dꝫ cogi rẽ ostẽdere cuius cã ꝓstitit seruitiũ. vel an dꝫ ꝓsumi ꝓstitisse ꝓ toto suo patrimonio. Et pꝛio vr ꝙ cogi debeat ostẽdere rẽ ar. ff. de fur. l. falsus. §. qui alienũ. ⁊ de ali. ⁊ ci. leg. l. pe. i pri. ⁊ ad treb. restituta. §. cũ aũt. õ mã. prin. §. cogẽs ⁊ de colla. §. hoc aũt iubem⁹ colla. ix. ⁊. ff. de seruit. si cui ⁊. C. de dona. si q̃s argentũ. §. j. ⁊. ff. de pign. act. q̃uis circa pri. Secũdo vr ꝙ ꝓ toto ꝓrimonio videat ꝓstitisse seruitiũ. ar. ff. de v. obl. l. pluribus in prin. ⁊ de ipen. in re. do. l. fi. §. qd dr. ⁊ de le. ij. si pluribus i prin. ⁊ de do. ꝓle. l. ij. §. i. ⁊ de peti. heredi. sed ⁊ si lege. §. adeo. ⁊ de iudi. si fideicommissum. §. j. ⁊ ad. l. aqui. l. item mela. §. si plures.

¶ In contrarium videtur q dominus debeat probare suam intentionem: et q vasallus non cogitur ostendere rez nec presumi debeat prestitisse pro toto patrimonio vt hic. et ibi fuerit inde conuict⁹ tc. et. j. c. vasallus et de. l. cor. c. fi. et. C. de fi. instru. plures apoche. et de non nume. pecu. l. j. et de pigno. ac. nec creditores. Solutio vasallus debet ostedere rē cuius gratia seruitium prestitit ar. ff. de confes. certuz et. xij. q. ij. c. longiquitate. ¶ Sed qd si esset heres qui habet pbabilem causam ignorantie et maxime cum conuenitur. vt. ff. de regu. iu. qui in alterius. quomodo. poterit ostendere quod ignorauit. Item si factum est recens et de proximis curia vas. cogitur contra regulaz actor q asseuerat. C. de proba. et dictam. l. nec creditores. et cōtra iura proxime allegata ad que fortis est rāsio.

s **Si quis per triginta.** ¶ Casus. quidaz per triginta annos rez alicuius tanq in feu. possedit. et p ea re dño seruitium prestitit pscribit in feudo. h. d. facit. s. de feu. da. in vicem. l. cōmis. c. fi. et dic plene vt ibi notaui. ¶ Queritur in glo. nunqd hoc capitulum locum hz siue possidens possedit bona fide siue mala. respōdeo q sic in pscriptione triginta annoz. Tu dic q locuz habet qn bona fide possedit secus si mala. qz tunc non acquiritur ius in re quod est opus in feudo. sed acquiritur exceptio. vt. C. de prescrip. xxx. an. l. si quid emptionis. ¶ Itē nunquid hz locuz siue possideat cū titulo siue sine titulo. Item si a possessione ceciderit nūquid possit eam vendicare. et an sibi preferatur dominus in vendicatione. dic vt no. in tex. et in glo. C. de prescrip. xxx. an. l. si quis emptionis.

q **Si clericus.** ¶ Casus si vasallus clericus vel monach⁹ efficiatur. feudū amittit. h. d. religiosum facit. s. de vasallo mili. qui ar. bel. depo. c. j. amittet ēt si habitū postea deposuerit. vt. j. de hū. feu. §. i. ¶ Queritur an possit seruire per substitutum. glo. non respondet sed respondet alibi q sic. vt. j. e. ti. c. si quis decesserit. et. j. de bene. feudi. c. l §. i. et dic vt ibi nota.

c **Etsi vasallus.** ¶ Casus vasallus feudū nō amittit etiam si omni anno dño non se presentet. hoc dicit facit. j. c. licet. et dic vt ibi.

o **Omnes** ¶ Casus vasallo mortuo filijs plurib⁹ sup stitibus oēs fidelitatē prestare debent dño si feudū indiuisum tenent. sed si feudū ex diuisiōe ad vnuz puenerit ille solus tenebit fidelitatē prestare. h. d. debēt facit. s. de his qui feu. da. pos. §. et qz. vero. q hodie. et de suc. feu. in prin. Nota hic q si feudū peruenit ad plures p successionē q oēs facere debent fidelitatē. si indiuisum tenent feu. qz oēs succedūt in locū vnius. ar. ff. de condi. et de. cui fundus. et de ver. ob. l. ij. et. l. eadē §. catho. Si vero ex diuisione ad vnū puenerit ille solus tenebit vt hic. et ar. ff. cōmo. l. iij. §. heredes. ¶ Oppo. q feudū diuidi nō possit. vt. ff. cōi. di. l. cōi di. in prin. Solutio non diuidit regionibus vt ibi sed p adiudicationē sic vt hic. hodie vero ēt in regionibus. diuidi pōt. vt. j. de phi. feu. alie. p fre. §. ptcrea nisi ducatus vel marchio vt ibi. ¶ Querit si dñs decesserit relictis plurib⁹ heredib⁹ an vasallus teneat facere fidelitatē oibus herdibus dñi an sufficiat si paratus sit facere vni. Arguit glo. p et contra. pluribus rōnib⁹ satis clare. et ideo nō insisto in allegatiōibus. Soluit glo. q iurare dz oibus qz ius vasalloz est indiuiduū sicut et ius libertoz ar. ff. de iu. patro. l. camilla pin. ergo tc. hec opinio approbat. ff. de vsus. si cui⁹ §. sed et si plures. et in sūma in ti. forma. cōis mi. fi. §. quid si plures. et p hac opinione facit extra de iure pa. c. j. et dictus. §. sed et si plures et de ali. lega. cū vnus circa prin. vel dic sm dy. q vni prestetur noie oium. sed si nō cōsentiunt tunc oibus ar. ff. de no. ope. nūcia. l. stipulatio. et dic etiam vt in sūma Jac. hodie vo sm quod dr in gl. fi. hec questio vr esse soluta. s. q nō teneat oibus. qz non dz cōpelli vasall⁹ p vno feudo plures dños habere. vt. j. de phi. feu. alie. per fre. c. j. §. preterea ducatus. et de hoc dic. vt ibi notatur.

s **Adoptiuus** ¶ Casus. datur regula q fili⁹ adoptiuus non succedit in feuduz. de hoc dic vt in summa.

m **Mulier.** ¶ Casus. mulier feudū hns decessit supstitibus filijs ex primo et scdo mrimonio queritur qui succedāt in feu. rñdeo. q filij primi matrimonij. h dicit. potiores ar. cōtra. in aut. de nup. §. pe. et fi. vel dic q hic loquit in casu spāli. vt. j. e. c. filij nati. quod puto verius.

n **Naturales filij.** ¶ Casus datur regula q naturales filij etiam legitimati non succedunt in feu. h. d. Nota hic quod ab initio nō tenet ex post facto non recōualescit. vt. ff. de regu. iu. qd ab initio. legitimi nisi legitimenī ab imperatore. vt sint legitimi et succedant in feu. quod fieri pōt non extātibus legitimis et natalib⁹. alias secus putarē vt in aut. qui. mo. na. ef. sui. §. generaliter. ¶ Quero extra glo. quid si naturalis legitimatus est p matrimoniū an succedat in feu. ar. est hic q non. et. j. e. c. filij nati. et. j. de fil. na. de matri. ad mor. cō. c. j. argu. contra. in aut. de incest. nup. §. dubitatur. et extra. qui filij sunt legi. c. tanta est. hoc placet de equitate.

s **Si minori.** ¶ Casus. si minori. xiiij. annorum dekfeudum non cogit facere fidelitatem: et nihilominus tz feudum. h. d. si minor septē annis. vt. s. q tem. mi. inuesti. pe. de. c. j. Tu dic. xiiij. vt. j. e. c. primo. et j. de prohibi. feu. alie. per fre. §. preterea si quis.

s **Si quis decesserit.** ¶ Casus. si filius ipubes successit vasallus nō cogitur facere fidelitatē. nec psonale seruitiū pstare tn si ali⁹ p eo sponte hoc fecerit admittit. h. d. Nota hic q q non cogit sponte faciens admittit. ¶ Querit hic nunqd vasallus possit seruire feu. p substitutum. ar. est hic in fi. q sic. et. C. de epi. et cle. l. quisquis. et. l. ad similitudinem cū concor. Solutio sm gl. potest indistincte seruire p substitutū. vt. j. de bene. femi. c. vno. Tu dic aut vasallus est minor aut maior primo casu pōt seruire p substitutū sed si non seruit non pter hoc pdit feudū. nisi sit spālis loci cōsuetudo vt hic et dicto. §. ptcrea si quis. Scdo casu aut seruitiū ē tale quod pōt p aliū adimpleri aut non. si pōt aut est inhabilis sm naturā feudi ab initio et ex post facto sicut est femina vl' clericus regularis mutus iperfectus: et similes tūc nō seruit p substitutū. qz a pricipio excludit a successione vt. s. de his qui feu. da. pos. §. hoc autē et no. s. e. c. q clericus. et. j. an mutus vel al. iper. c. i. aut est inhabilis ex post facto et nō ab initio tunc poterit per alium substitutum seruire dño acceptabile et eque bonum. vt. j. de probi. feu. alie. per fre. §. firmit. vbi de hoc aut non potest per alium expediri tunc nō poterit p substitutum. vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autē.

t **Titius filios.** ¶ Casus. miles quidam non habens filios partem feudi vendidit Seio extraneo: et partem cuidam agnato suo remotioris gradus. sempronius proximior agnatus vult partem reuocare ab agnato. ¶ Queritur an possit et qualiter rñdet q mortuo vasallo potest reuocare partem ab agnato nullo dato precio. sz vasal. viuo potest partem recuperare si filios habet reddito precio. sed si filios non habet a sensu contrario littere non potest etiam reddito precio in duobus tamen casibus repellitur agnatus proximior. Primus est si consensit alienationi expresse. Secundus si tacite. quia sciuit et tacuit per annum. hoc dicit. Vide expositionē seyo extraneo. agnato in remotiori gradu constituto vt. j. patet cōcessit precio non gratis. vt. j. sequitur. partem illam quam possidenti agnato concessit. Nam de alia non est dubium vt. j. qualr olim feu. po. alie. §. porro. filios haberet Nota hic q si vasallus illegitime alienat feudum q filij non succedunt sed agnati proximioris gradus. et non est alibi in libro isto iste casus: et videt continere iniquitatem. et esse contra omnia iura. que ergo potuit esse ratio. respondeo forte hec quia non potest repudiare patris hereditatem: et feudum petere. vt. j. an agna. vel fil. de. c. j. cogitur ergo si vult feudū heres esse. Sed heres non potest venire contra factuz defuncti. vt. C. de testa. mili. l. ea que et de re. ven. l. mater. et. l. cum a matre. et de re. ul. i. venditrici. ergo filius repellitur et agnati vocantur precio reddito facit. s. per quos fit inuesti. §. i. in fi. etiam inuito ticio. Nota hic q viuo alienatore reuocatur alienatio que illegitime facta est si consensit. Nota q alienatione facta sine consensu agnatorū. non preiudicat agnatis. vel per annum Nota hic de annali exceptione de ea dixi. s. qualiter olim feu. po. alie. §. porro. ¶ Oppo. littera videtur repugnantiam continere. quia in primo responso dicit q recuperare potest nullo dato precio. Solutio in scdo responso reddito precio. Solutio secundo casu recuperat vasallo mortuo pcio reddito prio eo viuo. Sed que potest esse ratio respondeo forte hic. qa mortuo vasallo nullus supererat qui obstaret agnato. Sz in scdo responso obstabant filij qui de iure cōmuni vincunt agnatuz. quia ergo in hoc releuatur. s. quia vincit filios grauatur in alio. quia reddit precium ar. ff. de iureiuran. eum qui. in prin. ¶ Sed instabit pnectus qd si post mortē vasalli supsunt filij nunqd agnat⁹ tenebit reddere pciū sicut ēt eo viuo certe vt pmissa rō est bona videret q sic cū filij obstent de iure cōi. vel dic q in pcedēti casu alia est rō. qz qn vasallus est supstes ipse vr obstare. vt. s. de suc. feu. §. i. et sm hoc dices q post mortē nō reddit pciū siue supsint filij vel nō. ¶ Opp. ēt q post mortē. sine pcio nō possit recupare. vt. s. q. mo. olim feu. po. alie. §. porro. et p quos fit iuesti. §. sed et res. Solo qd ibi simplr dr hic determinat. vel dic aut agnat⁹ successit vasallo in hereditate et in feudo. tūc reddit pciū vt ibi. aut nō succedit in hereditatē sz tm in feudū. tūc nō vt hic in prio rñso. ¶ Oppo. q filij pferant agnatis. vt. s. de suc. feu. §. j. cū si. Solo ibi vasal⁹ alienauit legitie. et iō filius reuocat resoluto iur accepto: hic illegitie. et iō fili⁹ nō reuocat. qz nō puenit ꝯ factū pris qz nō pt ei⁹ hereditatē repudiare. vt dcō ti. an agna. vl'. fili⁹ d. c. j. ¶ Opp. q annal pscriptio nō obstet vt. d. §. porro et dcō ti. p quos fit iuesti. §. sz et res. Solo sz gl. hic vasall⁹ alienauit agnato primioris grad⁹ ibi vo psus extraneo. et iō hic repellitur agnat⁹ tā breui tpe. ¶ Opp. q viuo ticio agnat⁹ nō recuperet. vt. s. de suc. feu. §. j. Solo ibi alienauit legitime hic illegitime.

¶ Querit

¶ Queritur quid si pater alienauit illegitime feudum. et filius patri succedit, sed tamen beneficio inuentarij. et ex bonis prius nil ad eum peruenit. vel modicum vel legitima tantum. et feudum est antiquum an excludetur filius. et vocabitur agnatus. ar. hic est q succedit. et .j. an agna. vel fi. de. c. j. E contra videtur. C. de iure deli. l. sancimus. §. in computatione. et §. se. et de rei ven. cum a matre. hic placz de equitate. ¶ Queritur quid si pater alienauit feudum paternuz et moritur: et nil habet in bonis nunquid filius hoc casu potest recuperare feudum. ar. est hic q non. et dicto ti. an agna. vel fi. de. c. j. in contrarium videtur. quia si dicimus euz repelli quia sit heres. ergo erit heres: et inane habebit nomen heredis sine aliquo fructu: et repellitur a vendicatione feu. et egestate laborabit et sic nec habebit hereditatem: nec feuduz tunc consuletur agnato et non filio. quod est iniquū et contra cōem equitatem. et ideo credo q hoc. c. et ille ti. an agna. vel fi. debeant intelligi quando aliquid de bonis et hereditate paterna peruenit et peruenire potest ad filium: credo q filius recuperare possit feudum: et q preferatur agnato.

s **I facta de feudo.** ¶ Casus facta a domino de feudo abusiua inuestitura cogitur dominus vasallum inducere in possessionez nec liberatur interesse praticādo. h. d. inuestitura abusiua vt per anulum quia si propria esset facta amplius non teneretur tradere possessionem. vt sepe supradictum est. compellendum. facit C. de loca. predi. l. fina. libr. xj. de hoc dic plene vt dixi supra. de no. fi. for. c. inuestitura. ¶ Queritur in glo. quid si dominus duos de eodem beneficio diuersis temporibus inuestiuit et posteriori prius possionē tradidit. quis sit potior. respondeo q ille cui prius possessio tradita est. ar. C. de rei ven. l. quotiens in fi. ar. ɔtra. de loca. pre. ci. l. fi. li. xj. ¶ Item queritur an hoc dominus priori prestando interesse liberetur. respondet glo. q sic vt. ff. de actio. empt. l. j. in prin. et ibi no. et insti. de emp. et ven. §. precium. Et nota hic q dominus precise cogitur tradere rem sic et donator. vt insti. de dona. §. perficiuntur. licet in venditore sit oppositio vt dicta. l. j. ff. de actio. emp.

f **Ilijs nocti.** ¶ Casus nobilis cum ignobili cōtraxit matrimonium ea conditione q filij ex ea nati patri in feudo non succedāt. quod sepe i regno contingit. ¶ Queritur an mortuo patre sibi succedāt in feu. respondeo. q non. hoc dicit. Et nota q tale matrimonium. mediol. dicitur ad morganeticam contractum alibi. s. salica vt. j. de filijs na. de matri. ad morganeticam cōtrac. c. j. Et nota q casus iste est contra equitatem et iuris rigorem.

i **Icet vas.** ¶ Casus vasallus domino suo seruitiuz non obtulit aliquo tempore sed petenti nunquam recusauit prestare seruitiuz. ¶ Querit an feudū amittat. rñ. q non. Si tamen sciat domino magnum periculum imminere. debet sponte absq denunciatione auxiliū impartiri inde queritur quid si dominus iurauit dare pecuniam alicui infra diem nec soluere potest et incurrit periurium an vasallus tenebitur cum sua pecunia liberare a periurio. respondeo q nō hoc dicit. ¶ Nota hic q vasallus non cogitur offerre nisi sciat domino magnum periculum imminere. et nisi a domino sibi fuerit denunciatum non amittit feudum. facit. s. que fuit prima causa be. a. §. sed et qui delator. et s. e. c. et si vas. et. j. hic si. lex dei. inci. cō. reg. §. ad hoc. et dic vt ibi notani. Item no. q vasallus amittit feu. ex omni causa per quam a[c]cepti beneficij videatur ingratus. vt hic in fi. et s. i quibus cau. feu. amit. ver. de illa tamen. et. j. de ali. fe. pa. c. si. et que fuit prima causa be. amit. §. illud enim certum est.

s **I vas. culpā.** ¶ Casus. si vasallus culpam commiserit per quam meretur amittere beneficium descendentes sibi non succedunt. Sed agnati qui quarto gradu sūt. et hoc dicit. Nota hic q descendentes et agnati descendentes vsq ad tertium gradū puniunt ppter delictū alterius parentis vel agnati ar. contra. ff. de decu. l. iij. et de interdictis et relega. l. iij. et de in ius vocan. adoptiuuz. §. fi. Solutio sm quosdā. hic feudū fuit nouū hic secus si esset paternuz vt ibi. hec solutio non plz. dic ergo spāle in feudo et intellige. c. in antiquo. et qn cōmisit culpā in dolum vas. vt banc habeat domin⁹ sue intuic ie vltionē. vel dic et melius q hoc. c. dz intelligi qn cōmisit in alium et nō in dñm. qz si in dñm tunc oēs agnati indifferenter excluderent. vt hic no. et s. que fuit prima cā be. amit. §. deniq vbi de hoc et hic apte pbat q debeat intelligi de antiquo. qz loquit de agnatis q sunt in quarto gradu. et facit ad. c. extra. de penis. c. in qbusdā §. fi. ¶ Que pōt esse rō quare agnati et descendētes vsq ad quartum gradū repellunt ppter suspitionē. qz sepe solet esse suspitio et audacia eadē in talibus cōiunctis. ar. C. ad. l. iul. maie. l. quicqd. et ī auē. de referenda. §. fi. et. ff. de edi. edic. q si nolit. §. qui mancipia.

t **N generali alienatione** ¶ Casus miles vasallus generaliter alienauit oīa sua bona. ¶ Querit an in generali alienatiōe contineat feudū. rñ. q non nisi nolatim sit dictum. hoc dicit vasalli. i. facta a vasallo generaliter de omnib⁹ bonis. feu. id quod tenet in feu. vel dic q alij dedit in feu. et facit. j. ō capi. qui cur. ven. c. j. vbi de hoc.

s **I vas. feu.** ¶ Casus. si vasallus feu. ignorās alienauerit. feudū nō amittit. et sibi restituendū est non dño tenebit tñ ignoranti emptori ad iteresse hoc dicit. ¶ Nota hic q si vasallus ignorans alienauerit non punitur. secus si sciens. vt. s. e. c. ticius ad interesse facit. ff. de actio. emp. l. j. in prin. vbi de hoc.

v **Asallus.** ¶ Casus. si vasallus dño feu. sciens infitiatus est amittit feudū. ignorās aūt nō amittit. Sed si dubitat vasallus cōuentus a dño pōt dubitanter rñdere. h. d. amittat facit. s. e. c. si vas. feu. et dicvt ibi no. et. j. de le. cor. c. si. dubitanter. ar. ff. de peti. here. l. si debitor. et de iureiurā. l. iusiurandūz. et ad pecunias poterit etiaz tempus ad deliberandum petere. vt. ff. de interroga. actio. qui interrogatur. et no. C. de iureiu. l. ij. §. obseruari.

b **Eneficium.** ¶ Casus datur regula et exceptio. regula est q vasallus beneficiū alij in feu. dare pōt equali psone fallit si in fraudē legis dederit. et. h. d. in fraudē. l. alś secus. vt. s. per quos fit inuesti. §. sed et tes. et. j. de pro. feu. alie. per fre. §. callidis vbi de hoc. militi dicit. i. equali sibi. et eadē lege. qua ipse habet vt. j. de. l. cor. c. ij. §. ex eadem. vbi de hoc.

s **I uasallus de suo.** ¶ Casus dat regula q vasall⁹ de suo feudo agere pōt et cōueniri. ēt dño ignorante quinimo et trāsigere sibi licet. et quod fecerit firmum haberi debet. hoc dicit. firmum erit. vt. s. de inuesti. de re. ali. fa. §. rei aūt vbi de hoc. et transigere vt. j. de contro. inter vas. et alium de bene. c. j. vbi de hoc.

o **Omino committente.** ¶ Casus dat regula q si dñs cōmisit felonīā in vasallū. p quā vasallus si eā cōmitteret in dominum amitteret feudum. dominus etiam debet amittere feudi proprietatem. hoc dicit facit. s. de for. fi. c. j. §. j. et de mi. vas. qui cōtumax est. §. fi. et. j. qualr. dominus propric. feu. pri. c. j.

f **Eudum.** ¶ Casus. confirmatur hec regula q si vasallus committat culpaz propter quā meretur amittere feudum: amittit feudum: siue feuduz habeat propriam feu. naturam siue non. hoc dicit. et cui dederit hoc feu. non habeat propriam naturam. quia potest alienari. et transit ad quēcunq. vt. j. de feu. non ha. propriam feu. na. c. j. amittitur tamen eisdem casibus quibus et aliud feu. vt ibi et hic. definit. quia in feu. non tenebit sed iure proprio vel aliter sicut ei datuz est. vt dicto ti. de feu. non habente propri. na.

t **Itius cum sempronio.** ¶ Casus titi⁹ et semproni⁹ successerunt patri in feu. et feu. ex diuisione peruenit ad semproniū in totum vel forte pro pte titius fecit pactum cuz sempronio de eo feu. non petente ab eo vel heredibus suis. decessit sempronius sine herede masculo extraneo herede relicto. titius petit feudū ab herede ex successione ad se deuolutū. ¶ Querit an sibi obstet exceptio pacti rñ. q non. hoc dicit. de eo toto feudo vel in pte. et sempronij fratrē. i. extraneū heredē sempronij petentē nō obstare ticio. qz psonale fuit pctū de nō petendo a sempronio et heredibus suis qz intelligit heredibus. i. liberis masculis et nō extraneis ar. s. de ali. feu. §. et si clientulus. pterea si extraneus esset heres nō esset hoc dubiū. qz non succedit in feu. et ideo non obijcit exceptōez pacti. qz quo ad eū ticius liberas hz edes. ar. ff. si serui. vendi. l. loci corpus. §. competit. et facit. j. de eo qui si. fecit. ag. de fe. pa. c. j.

¶ De pace tenenda et eius violatoribus.

¶ Rubrica hec potest ad precedentia continuari. dictum est superius de contentione que oritur in feu. inter dominum et vas. vel iter vasallos. sed quia inter eos debet maxime seruari pax et violatores pacis puniri. ideo sequitur hec rubrica de pace.

F Redericus dei gratia. ¶ Diuide. c. i decem partes. Primo qualr sit puniēdus laycus si pacē violauerit Secundo quēadmodū clericus debeat puniri eodez casu. Tertio qualr receptator pacē violātis. Quarto qualiter dirimet contentio orta in duos vel in plures vasallos. Quinto qualiter procedendum sit si rusticus militem si miles rusticum vel miles militem de pace violata pulsauerit. Sexto quemadmodum statui debet rerum vbertas a comite. Septimo qua pena sit puniendus arma portans. Octauo de pena latronum et furū. et inobedientium. Nono si ministrales inter se guerrā habuerint qualiter sit pcedēdū. Decimo quo loco licet trāsitēs pabulare equū suū

Secūda pars incipit in. §. si clericus. Tertia in. §. si iudex. Quar
ta. in. §. si duo. Quīta in. §. si rusticus. Sexta in. §. post natale. Se
ptima in. §. si quis rusticus. Octaua in. §. publici latrones. Nona
in. §. si ministrales. Decimus et vltima in. §. quicunq̧. ¶ Casus vsq̧
ad. §. si clericus imperator adulatur omnibus suadēs ꝙ seruare de
beant pacem. et statuit penam contra non seruantes. dicēs ꝙ qui oc
cidit hominem. i. pacis edictum capite puniatur. nisi per duellū ꝓ
bet ꝙ fecerit ad sui defensionem. veruntamen ꝙ si manifestum est ꝙ
voluntarie et non ad defensionem occidit non admittitur probatio.
per duellum. et pena capitis punitur. hoc habet locum comparente
violatore pacis: si vero fugerit bona mobilia publicantur. immobi
lia permittuntur heredibus: iuramento prestito ab eis: ꝙ inde nul
lum emolumentum sibi prestabunt. Sed si cōtrafecerint postea pri
uabuntur hereditate: et fisco applicabitur. Si vero infra pacis edi
ctum aliquis hominem vulnerauerit manus ei amputabitur. nisi ꝓ
bet per duellum ꝙ ad sui defensionem hoc fecerit. et de bonis proce
detur simili modo. sicut superius dictum est. Si autem aliquis ali
quem sine sanguinis effusione percusserit. vel absq̧ percussiōe alit
inuaserit pena pecuniaria punief. h. d. vsq̧ ad dictū. §. et si clicus. Vi
de expōnē ad quos littere iste. Nota. ergo ꝙ ē lex generalis hic. vt
C. de legi. et consti. l. legen. tam diuinas ꝙ humanas legen. cupit im
perator in suo vigore manere. et postea nō seruat: sed statuit et dispo
nit contra diuinas et humanas vt inferius patebit occiderit et conui
ctus est de homicidio. sed non constat si fecerit necessario vel volun
tarie. capitalem. que autem sit pena committentis homicidium.
dic vt. ff. ad. l. cor. de sic. l. eiusdem. §. legis cor. et institu. de publi. iu.
§. item lex cor. ¶ Opponit glo. ꝙ committentis homicidium ma
nus debeat amputari. et nō pena capitis imponi. vt in lombarda de
homici. liberi hominis. l. qui vero. §. treugam. Solutio aut constat
de homicidio per probationem. i. per testes: vel per confessionem
tunc imponitur pena capitis. vt hic. aut constat per pugnam. tunc
pena manus. vt ibi. et est ratio. quia probatio per pugnā est res fal
lax et dubia vt in lombarda qualiter quis se defendere debeat ꝑ pu
gnam. l. iij. nisi per duellum. Nota hic in glo. ꝙ regulariter pugna
prohibetur vt in lombarda. qualiter quis se defen. de. l. quibuscun
q̧. et de homi. ad ind. nō mit. l. j. et de homici. li. ho. l. recolimus. Fal
lit in casibus. Primus quando constat quem occidisse hominē in
fra pacem. Sed dubiū est an ad sui defensionem fecit. vt in. §. si qs
hominem. Secundus casus est si hominē vulnerauerit. j. pacis edi
ctum. et constat sed est dubium an se defendendo fecerit. vt in. §. si qs
alium in. e. l. ¶ Tertius est quando rusticus militem. et miles rusti
cum et miles militem de pace rupta et non seruata accusat. vt in ea
dē. l. §. si rusticus. et. §. se. et se. ¶ Quartus casus est in crimine ma
iestatis. Quintus casus est si quis vocauerit aliquem argam. i. cu
curbitam vt in lombarda de publico crimine. l. vltima. et de cōiugijs
l. j. ¶ Sextus est fm. l. lombar. licet non seruetur mediol'. de inside
litate. vt. j. de al'. feu. pater. c. nos est consuetudo. Sed an de iure ro
ma. hodie permittatur duellum. et de iure diuino ar. fuit ꝙ non. C.
de gladia. peni. tol. l. j. et vt armorū vsus inscio principe interdictus
sit. l. j. lib. xj. et in aut. de armis in prin. et. ij. q. vj. c. monarchiam. et ex
tra. de pur. vul. c. j. et. ij. de hoc notari consueuit per doc. ff. ad. l. a
qui. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. manifeste. fuerit. i. no
torium. vel dic per testes vel per confirmationē. Et nota ꝙ non fit
pugna si probatio. delicti est clara. Sed tunc cum est dubia. vt hic et
j. e. §. si quis alium. hereden. i. proximi. Et nota hic ꝙ propter con
tumaciam delinquentis immobilia bona non annotantur in fiscum
etiam post annum. sed relinquuntur proximis: sed secus est de vete
ri iure. vt. ff. de requi. re. l. j. et. l. fi. et. C. de requi. reis. l. j. et. iij. hodie
idem est ꝙ sic si delinquens sit condemnatus. quia bona non auferū
tur heredibus. vt in aut. de man. prin. §. oportet. et vt nulli. iudi. §. fi.
et dic vt ibi notaui. et est iste. §. multum notabilis. nisi in duello. No
ta regulam. regulariter quod quis ob tutelā sui corporis fecerit
iure fecisse estimatur. vt hic et. ff. de iusti. et iu. l. vt vim. et. C. vnde vi.
l. j. idem est etiam si ob tutelam rerum suarum. vt in dicta. l. j. idem
est si ob tutelam filiorum suorum. vel vxoris vel forte alterius ꝑso
ne ar. C. d' epi. et cle. l. raptores cū sror. et no. C. d' rap. vir. l. vnica cir
ca prin. Nota etiā per doctores. ff. de iusti. et iure. l. vt vim. C. vnde
vi. l. i. et ideo non prosequor.

Si clericus. ¶ Casus clericus pacem violauit. vel pa
cis violatorem receptauit siquidem com
paret in iudicio. pena pecuniaria punitur. Si vero est inobediens
pena maiori est puniēdus hoc dicit habuerit. i. receptauerit. inobe
diens. no. contra inobedientiam vt in aut. de heredi. et fal. §. si qs au
tem non implens. et. ff. de re mili. l. iij. §. in bello. ¶ Opponitur ꝙ
imperator non possit constitutionem facere. nec penā indicere ꝯ cle
ricus. vt in aut. quo. oportet cle. in prin. et. C. de sum. tri. et fi. catho.
l. j. nec etiam ad vtilitatem ecclesiarum. vt extra. de consti. c. ecclesia
sancte marie. Solutio dic ꝙ imperator fecit autoritate pape vl' dic
vt no. in aut. quo. oportet epi. §. sancimus igitur.

Si iudex. ¶ Casus dominus castri violatorem pacis re
ceptauit. aut enim representet eū cum omnib⁹
suis bonis mobilibus sub iuramento. vel adduci permittat: et si nō
faciat punietur. hoc dicit. sub iuramento. facit. C. de his qui ad ec.
cōfugi. l. presenti. §. sic vbi. tanꝗ pacis violatorē. miles pacis tur
bator capite punitur. vt. ff. de re mili. l. fi.

Si duo homines. ¶ Casus si contentio est inter
duos de eodem beneficio quorū
vnus producit inuestitorem alter non illius enim dicitur prius in
uestitor ad testimonium recipiatur. et si ille, qui producit inuestito
rem probare poterit ydoneis testibus de iure suo sine controuersia
possidebit. Et si de rapina conuictus fuerit alter eorum punief in
duplo et beneficio carebit hoc dicit. ꝑducit in figura iudicij vel dic
ad informationem iudicis et non in figura iudicij vt iudex ex eius re
sponso informetur. et sumatur inde aliquod iudicium vel adminicu
lum. ar. C. de libe. causa. l. iubemus. et. ff. de proba. l. cum etiam. et. l.
cum probatio. et de testi. l. fui. illius testimonij. i. eius qui producit
inuestitorem. vel dic testimonium. i. assertio seu responsio interroga
tione facta a iudice vel a parte. vel dic sine interrogatione. vt. ff. de
interroga. actio. l. si sine in prin. et postꝗ inuestitor donum inuestitu
re recognoscit vt patet in littera. Iste. §. fm glosam debet intelligi
quando duo producunt diuersos inuestitores. vel vnus producit in
uestitorem alius nullum et dic fm glo. ꝙ qui producit inuestitorem
vel producit inuestitorem ad testimonium in figuram iudicij vel ex
tra iudicij figuram: nec creditur soli inuestitori absq̧ ydoneis vt pa
tet in littera. Et dic etiam ꝙ qui producit inuestitorem interroga
tur etiam ipse a iudice in iudicio vel a parte. ¶ Opponitur fm gl.
ꝙ stari debeat testimonio domini sine alijs testibus. vt. j. de. l. cor. c.
ij. ij. responso. Solutio ibi producunt eundē inuestitorē ambo. hic
diuersos. vel hic vnus producit inuestitorem. alius nullum.
¶ Opponitur fm glo. ꝙ actor non debeat cogi probare. se absq̧
rapina beneficium habuisse. tū quia in dubio presumitur quilibet
bonus. vt. C. de inoffi. testa. l. omni modo. tum quia negat rapinam
et negantis ec. vt. C. de ꝓba. l. actor. Solutio dic ꝙ probatur eo ip
so ꝙ contrarium non probaf. sic. C. qui mili. pos. l. super seruis. vel
dic probat sponte non coactus. vel dic probat vt tollatur omnis cō
trouersia aduersario. ¶ Opponitur tertio ꝙ qui producit inuesti
torem non cogatur aliquo alio modo probare. vt. C. de eden. qui ac
cusare. Solutio aut possidet et non cogitur probare. vt ibi aut non
possidet. et tunc probare debet. vt hic intellige ergo hic ꝙ non possi
debat qui probat. hec lectura non placet. quia non conuenit littere
quia si recte inspiciatur produxerunt hic ambo eundem inuestitorē
nec littera facit mentionem de diuersis. et hoc etiam satis patere po
test ex casuum diuersitate. quia in se. §. si tres litigantes produxe
runt diuersos inuestitores. et ideo dic ꝙ ambo litigatores hic ꝑdu
cebant eundem inuestitorem. Sed alter tantum eum produxit in iu
dicio. ad testimonium. et actor qui producit inuestitorem interroga
tur a iudice vel a parte post inuestitoris responsiones. et nihilominꝰ
ydoneis probare cogitur testibus de suo iure. Itē oppo. j. de. l. cor.
ca. ij. responso. ij. Responsio plana est. quia ibi dominus idemq̧ in
uestitor guarentizauit possidenti. et ideo ipse obtinet nisi actor ali
quid contra induxerit hic econtra. guarentizauit actori. et non obti
net actor sine alia probatiōe. ratio. quia possidet. et assertio seu gua
rentizatio domini coadiunat et adminiculum prebet. et ideo obtinet
sed hic pro actore nulla erat presumptio. et ideo domini assertio et te
stimonium non multum prodest nisi tanꝗ dictum vnius testis si in
figuram iudicij deposuit. in aliquo tamen maior fides est habenda
propter autoritatem persone nisi quando tenetur de euictiōe. vt. ff.
fini. re. l. hos terminos. ff. de testi. l. testiū. ¶ Opponitur ꝙ iudex
inquirere debeat a duobus hominibus boni testimonij veritatem.
vt. j. proximo. §. Solutio hic eundem producunt inuestitorem. ibi
diuersos. ¶ Queritur an duplum rapine sit pena: videtur ꝙ sim
plum. ar. C. vnde vi. l. si quis in tantam. Tu dic ꝙ duplū est mere pe
na vt hic patet in littera. que dicit rapinam dupliciter soluat bene
ficio vero careat. et sic aduersatiue loquitur coniunctio. non ergo ꝑ
dit beneficium. et rapinam soluit in duplum. et est hic speciale contra
dictam. l. si quis in tantam.

Si tres vel plures. ¶ Casus. Contentio est inter
tres vel plures de beneficio q̄
producunt diuersos inuestitores. et dubiū est quis possideat bene
ficium. sine rapina. Nūc queritur qualiter iudex procedere debeat
in causa. respondeo ꝙ inquirere debet veritatē a duobus boni testi
monij hominibus in prouincia eorundem commorantibus et cogni
ta veritate ille quem cōstiterit possessorem esse obtinebit: nisi ab ad
uersario aliud probatum fuerit. hoc dicit. requirat ex officio suo in
quirendo veritatem saltim a duobus. etiam si ab aliqua partiū nō
fuit productum testimonium. et est speciale. quid regulariter produ
ci debet a parte post litem conte. et in aut. de testi. et hoc no. C. de sen
ten. l. prolatam. et facit ꝙ possit inquirere. C. de bo. vac. l. fi. et ar. ff. d'
vsuf. l. equissimum. vel dic requirat etiam duobus testibus a parte
productis

ꝑducetis in figurã iudicij. ⁊ tunc nõ erit spãle. ¶ Opp. ꝙ nõ iudex sed dñs cognoscere debeat. vt. j. de phi. feu. alie. ꝑ fre. § ꝓpter. Solutio ibi eadẽ. hic diuersos ꝑducunt inuestitores. vt ibi no.

Si rusticus militem. ¶ Casus rusticus militem de pace violata pulsauit. ⁊ verũ esse iurauit certe miles manu militari se expurgare debebit. si aũt miles rusticũ de pace violata pulsauit et iurauit verũ esse rusticus aũt diuino aut humano iudicio innocẽtiã suã purgabit vel duodecim testibus ydoneis quos iudex elegerit. Si vero miles militẽ ꝑ pace violata aut aliqua capitali cã pulsauerit ꝑ duellũ ꝓbare nõ poterit nisi ꝓbauerit se militẽ natiõe. h. d. Sed necesse. i. verũ eẽ accusationẽ. aut diuino vel ꝑ tactum ferri ardentis. vel aque feruẽtis qđ hodie ꝓhibet᷑ vt. ij. q. v. c. si q̃s pñbyter. § fi. ⁊ extra. de pur. vul. c. j. ⁊. ij. aut humano ꝑ pugnã. capitali cã de qua possit duellũ fieri. Nã non põt de qualibet capitali cã duellũ fieri. vt in libus. de bo. lib. l. recolim⁹. ⁊ qualr q̃s se defẽdet de. l. quibuscũq;. Alij dicũt ꝙ ibi dr hic corrigit᷑. ⁊ ꝙ in qualibet cã capitali põt fieri duellũ. p̃ria placet legitimus miles. Nota hic ꝙ miles militi nõ iponit duellũ nisi ꝓbet se militẽ. ¶ Querit᷑ nunqđ rusticus teneat᷑ pugnare cum milite. an cũ cãpione. sibi dato a milite. Et vr̃ ꝙ pugnare debeat cũ milite. q: principales ꝑsone pugnare debẽt nisi iuuenilis vel senilis etas seu infirmitas ꝓhibeat. vt in lumbar. qualiter quis se. de. de. l. quicunq;. ⁊. l. vlt. vel dic ꝙ nõ pugnat cũ milite. sed cũ cãpione. dato a milite. q: pugna fieri dz ꝑ cõsimiles ꝑsonas. vt in lõbar. qualiter quis se de. de. l. vlt. Alij dicũt. aut miles iponit pugnã. ⁊ tũc pugnabit per se ipsum. aut rusticus imponit pugnam militi ⁊ tunc miles dabit campionem. ⁊ facit. j. de alie. feu. pater. c. non est consuetudo. vbi de hoc.

Post natale. ¶ Casus precipit imperator comitibus ꝙ post natale sancte marie ꝓuideãt ꝙ sit rerum vbertas. ⁊ statuitur pena non seruantibus coꝝ deliberationem ⁊ statuta. hoc dicit annona sit vendẽda. facit. ff. de offi. prefec. vr. l. j. § curatarius. ⁊ ad. l. iu. de anno. l. j. ⁊. ij.

Si quis rusticus. Precipit iperator ꝙ rusticus arma nõ portet. nec mercator q̃ negociandi cã ꝑ ꝓuinciã trãsit. nec miles ad palatiũ comitis. Precipit ẽt ꝙ nullus retia vel laqueos tendat ad capiẽdas venatiões nisi ad vrsos ⁊ apros: ⁊ lupos. statuitur pena contra facientibus. hoc dicit. vsq; ad. § publici latrones. arma portauerit. facit in aut. de armis per totum.

Publici latrões. ¶ Casus publici latrones antiqua dãnant᷑ sñia. deinde dr miles qui aduocatiã suã vel beneficiũ suũ male tractauit: ⁊ a dño requisitus se nõ emendauit postea priuatus ẽ ꝑ sñiam suo iure tandẽ ausu temerario aduocatiam vel beneficium inuasit ꝑ violatore pacis habetur. hoc dicit. dãnatur sententiã. vt. ff. de pe. capitalium. § famosos. ⁊ in aut. vt nulli iudi. § pe. tractauerit. facit. C. loc. l. edẽ. ⁊ de sacrosan. eccle. l. qui rem huius conductam.

Si quis. v. solidos. ¶ Casus si furatus est aliq̃s valorẽ quinq; solidoꝝ vel amplius laqueo suspendi dz. Si vero minus tunc scopis ⁊ forpice excoriet᷑ ⁊ tondeat᷑. deinde dr si ministrales alicuius dñi guerrã inter se hñt iudex eos ad pacẽ ⁊ cõcordiã dz inducere. subsequenter dr ꝙ quicunq; transitũ facit ꝑ terrã cũ equo aliqñ põt equũ suũ saturare iuxta viã. ⁊ põt ẽ viri herba: ⁊ viridi silua sine vastatione ⁊ dãno alicuius. h. d. quinq; sol. valens. § iste nõ seruat᷑ hodie in ytalia. ⁊ est ꝯ ius autenticoꝝ. vt. C. de ser. fugi. aut. Sed nouo iure. leges ⁊ iudicia ad pacẽ ⁊ cõcordiã reducendo. vt. ff. de vsuf. l. eq̃ssimi. ⁊ in aut. de man. prin. § deinde cõueniens. ⁊. § fi. ⁊ viridi silua. q: tpe necessitatis oĩa sunt cõicanda ar. ff. ad. l. ro. de iactu. l. ij. § cũ in eadem. ⁊ viij. di. in prin. vij. q. j. c. ois qui. ⁊. xxxij. q. j. c. ois qui ⁊. xxij. q. iiij. c. sicut famuis: ⁊ extra. de fur. c. iij.

¶ Hic finitur lex. deinde cõsuetudines regni incipiunt.

¶ Continuatio rubrice ex ipsa rubrica patet. Nam quia precedenti titulo. ꝓmisit. l. frede. iõ subdit consuetudines. ⁊ reuertit᷑ ad materiam precedentem. ⁊ ideo dicitur in rubrica. hic finitur ⁊c.

Incipiunt. ¶ Hic dicit incipiunt. quasi supra non dixerit de consuetudinibus ⁊ tamen continue dixit de eis a principio libri vsq; huc interposita sola rubrica precedenti. ⁊ ideo dic incipiunt. i. reassumantur.

feu. ꝛ hoc sequit̃ ꝗ̃a tñ persona que feudũ in feu. accipit a vasallo qui accipit. Nota ꝙ equali ꝑsone dari dꝫ in feudũ similit̃ seruire. ar. est hic ꝙ vasallus vasalli cogitur dño dñi seruire. vt. ĵ. de pace iu. fir. §. fi. sed hoc est falsum vt hic dr̃ in glo. ar. ff. vsuf. quemadmodum ca. l. si vsufr. mihi legatum. de hoc dic vt no. ß. de contro. inue. §. fi. ꝛ dicto. §. fi. de pace iura. fir. tertiã. ꝑsonam in feu. accipientẽ a scdo que feudum hꝫ. Alia. l. Nota ꝙ vasallus nõ põt dare in feu. alij qḋ tꝫ in feu. alia lege quã ipse hꝫ. ꝛ sui masculi. ar. est hic. ꝛ vr̃ casus ꝙ si consuetudo ecclesie est dare in feudum res ecclesie accipienti ꝛ suc cessoribus masculis tantum ꝙ prelatus non possit in feudum da re accipienti ꝛ successoribus masculis ꝛ feminis. de hoc dic vt no. ß. de his qui feu. da. pos. in pri. ¶ Queritur quid si feudũ ad quar tam personam ꝑuenerit quis dñs poterit illud vendicare an pri mus vel secundus vel vlteri⁹ respondet glo. ꝛ bene ꝙ primus dñs. Et ratio est. quia dñium habet directum. vt. ß. de inuesti. de re. alie. fa. §. fi. ꝛ in qui. ca. feu. a. §. fi. Et primus vasallus vtile dñiuꝫ quod habuit transtulit in secundum. ꝛ scd̃s in tertiũ. ꝛ tertius in quar tum. qḋ patet. qꝛ aliquod dñium ꝛ ius transtulit vnus vas. in alium vasallum. sed non habet aliud ꝗ̃ vtile ꝛ vtile non diuiditur. vt. ff. si ager vecti. l. ĵ. ꝛ. ij. ꝛ. C. fami. hercis. l. ea que. ergo nullum sibi rema net. sequitur ergo ꝙ primus dñs vendicabit. ¶ Queritur quid si ꝑuenit in quartam personam. dic idem ꝙ dñs vendicabit. ar. ff. de fer. expor. si titius. ꝛ de mino. in cause. §. fi. ¶ Oppo. glosa ꝙ va sallus primus preferri debeat dño in vendicando. quia habet vtile dominium ꝛ vtilem in rem. ꝛ vtilis prefertur directe. vt. ff. si ager vec. l. ĵ. ꝛ de procu. in cause. §. fi. Glo. non respondet. Sed tu respõ de ꝙ illud habet locum quando vtilis manet apud eum qui agere vult ea. Sed hic primus vasallus transtulit eam in secundum: ꝛ se cundus in tertium vt dixi preferri debet dominus nec dicitur ꝓfer ri vtilis quia nulla est vtilis apud vasal. vt dixi. sic ꝛ dicitur de do mino ꝛ emphiteota. vt. C. de iure emphi. l. si vero. Sꝫ oppono non ne tertius qui trãsfert in quartũ facit iure ꝛ consuetudine refragan te. ergo ipso iure nulla ẽ datio. ergo vtile dominium remanet apud eum. ar. ff. de leg. ꝛ se. cõ. l. non est dubium. ꝛ de agri. ꝛ cen. l. quemad modum ergo debet preferri dño dicta ratione. respondeo ꝙ ꝓpter delictum suum quod contraxit alienando ipse amisit feu. ꝛ domino statim aperitur. vt. ß. que fuit prima causa be. a. §. fi. ꝛ ideo domin⁹ prefertur. ¶ Queritur. an tertius teneatur quarto de euictiõe. re spondet glo. ꝛ bene. ꝙ sic. ꝛ dicvt in glo. Et no. hic ꝙ infinitus litiũ ꝛc. dic vt no. ß. de his qui feu. da. pos. §. hoc quoqꝫ sciendum est.

8 **Si fuerit ꝛc.** ¶ Casus si contentio est inter domi num ꝛ vasallum de beneficio aut vas. feu. inficiatur: ꝛ dominus contra eum probat ꝛ tunc amit tit feu. aut dubitantur respondit. ꝛ non perdit feuduꝫ sed ꝺm alios si fraudulenter negauit amittit feuduꝫ. ꝛ non aliter. hoc dr̃ est. negauerit. facit. ß. si de feu. fue. contro. c. vas. vbi de hoc ꝛ. c. vas. ¶ Queritur quid si dicit se ignorare: ꝛ sciens est respondet glo. ꝙ amittit feudum. quasi negauerit vt hic in fine huius capituli.

¶ De clerico qui inuestitu. fecit.

¶ Continuatio rubrice potest sic fieri. ß. de his qui feu. da. pos. ꝛ titulo epm̃ abba. vel abbatiã. dictuꝫ est de inuestitura que fit a pre lato. ꝛ re. ec. sumpta inde materia ponitur hec rubrica.

Clerico de suis. ¶ Diuide capitulum i quattuor ptes. Primo de inuestitura facta a clerico. ꝛ de rebus ꝓprijs Secundo de inuestitura facta a clerico de reb⁹ ec clesie. quas tenet inuestitor. Tertio de inuestitura fa cta a clerico de rebus ecclesie quas ali⁹ tenet i feu dum. Quarto de inuestitura facta ab archiepiscopo ꝛ epõ alijs cle ricis de rebus ecclesie quando a nemine detinentur. Secunda ps incipit ibi in. §. curaqꝫ. Tertia in. §. vbi vero. Quarta in. §. ꝛ ideo. ¶ Casus si clericus fecerit inuestituram de bonis suis proprijs ei⁹ successor cogitur eam ratam habere. Si vero de rebus ecclesie si quidem possessio rei per bene. inuesti. est apud eum qui inuestiri de bet ꝛ inuestitor ꝛ eius successor cogitur eam adimplere. hec omnia locũ obtinent etiam in layco inuestitore. Si autem clericus de be neficio sui militis alium inuestiuit aut pure ipsum inuestiuit ꝛ non valet. aut in diem vel sub conditione ꝛ tunc valet etiam sine volun tate vasalli. tamen si prius inuestitor decesserit ꝗ̃ feudũ tenens suc cessor eius non cogitur ratam habere sed si viuente feuduꝫ sibi ape riatur ipse cogitur adimplere. insuper sciendum est ꝙ archiepisco pus qui tempore sui introitus inuenit in dominico non potest da re in feu. Sed si postea aperiatur beneficium potest postea in feu dum dari. Episcopi autem ꝛ alij clerici qui in dominico inueniunt ꝛ feu. postea aperto: ꝛ oliꝫ: ꝛ hodie i feu. dare possunt. hoc dicit. Vi de expositionem omnifariã. i. omnimodo. i. quicunqꝫ premoriatur. vt. ß. qui suc. te. §. fi. penes eum qui inuestire debet. pure non valeat vt statim capiat effectum. vt dixi. ß. hic potest esse ti. qui. succes. te. in dominicu conuenit. i. in libero dominio. ecclesie. nec refert an sit ecclesia solita illud in feudum dare vel non. vt. ĵ. patet. in dominico habentur. s. tempore introitus eorum si tamen sunt solita dari i feu. alis secus. vt. ß. de his qui feu. da. pos. in pria. ꝛ ti. episcopũ vel abb. in prin. de materia huius tituli dic plene vt dixi. ß. de his qui feu. da. pos. in prin.

¶ An mutus vel alr̃ imperfectus feudum retineat.

¶ Continuatio rubrice sic potest fieri. ß. in titulo episcopum abb. vel abbatis. ꝛc. habita est mentio de muto ꝛ surdo an feuduꝫ retineãt vel in feu. succedant. sumpta inde materia sequitur hec rubrica.

Mutus surdus ꝛc. ¶ Casus miles feu duꝫ habens decessit fratre superstite qui est mutus vel aliter iperfect⁹. ¶ Queritur an sibi succedat in feudo. respondeo. ꝙ sic ꝺm obertum ꝛ gerardum ꝛ multos alios. Sꝫ alij contradixerunt. quia feudo seruire non potest sicut nec clericus vel femina. ¶ Queritur que opinio sit verior. ꝛ videtur ꝙ secunda. quia feudum datur propter seruitium. ꝛ feudo seruire non potest qui est mutus vel surdus vel aliter imperfectus cum seruitium consistat in locutione etiam vt. ß. de for. fide. c. vno ꝛ de no. fi. for. c. vno. consistit ẽt seruitiũ in auditu vt possit audire cre dentiam domini ad denunciationem sibi factam pro seruitio: ꝛ pro alijs causis. vt preallegatis titulis. ꝛ. ß. qui. mo. feu. amit. ꝛ. ß. hic fi. lex. de. in. cõ. reg. §. ĵ. ꝛ regulr̃ qui feudo seruit̃ nõ põt nõ succedit in eo sicut est femina: ꝛ clericus. Preterea quotiẽs res deducitur ad nõ cãm ẽt secuta solutione condicit̃ qḋ datum est. vt. ff. de condi. in de. l. ex his oibus. ꝛ de condi. sine causa. l. ĵ. ꝛ. l. nil refert. Sed cau sa dandi feudum est seruitium. vt. ß. in qui. cau. feu. ali. §. beneficiuꝫ ergo si successor inhabilis ad deseruiendum est deficit causa. ergo non succedit in feu. Preterea cessante causa cessat effectus vt. ff. de dona. l. ij. §. fi. ergo ꝛc. Item certum est ꝙ feudum precedit propter inhabilitatem superuenientem in principali acquisitore vt. ß. epm abba. vel abbatis. §. fi. ergo magis in successore debet perire. quia propria prouisio est validior ꝗ̃ prouisio alterius ar. ff. de compen. l. si cum miliri ꝛ insti. de verb. ob. l. ex conditionali. ꝛ. C. de cadu. tol. l. vnica. §. sin autẽ sub conditiõe ꝛ hec opinio probatur in summa. Sed glo. non videtur aliquã approbare. nec hic nec. ß. epi. abb. vel abb. vel dic aut seruitiũ est tale quod potest per substitutum adim pleri. ꝛ tunc prima opinio est verior. aut non potest per alium adim pleri ꝛ secunda opinio est verior ꝛ tunc hec secunda opinio cõtinet satis equitatem. ꝛ dic vt notaui. ß. si de feu. fuerit contro. c. si qs de cesserit. de hoc etiam notaui dicto ti. epi. abba. vel ab. §. fi. vltio no ta rationem quare femina ꝛ clericus non succedunt in feudo.

¶ An ille qui interfe. fratrẽ domini sui. feu. amit.

¶ Continuatio rubrice sic potest fieri. Quia superius in plerisqꝫ partibus habita est mentio an vasallus propter delictum feudum amittat ideo sequitur hec rubrica.

Si quis interfecerit fratrem. ¶ Diuide caplm̃ in tres ptes. Primo vasall⁹ iterfecit fratrẽ dñi. nõ tñ ꝓditionaliter. Scdo interfecit fratrẽ suũ ꝓditionalr̃. vel aliã feloniã cõmisit. Tertio peccauit in dñm. Scda pars in cipit in ver. sed si fratreꝫ. Tertia in versicu. cum autem. ¶ Casus vasallus fratrem domini sui interfecit certe non amittit feudum. Sed si fratrem suum occiderit proditionali ter: vel aliam feloniam commisit vt sine verecundia in curia esse non possit feudum amittit: ꝛ transit ad agnatos. Si autem peccauerit in dominum feudum reuertitur ad dominum. hoc dicit. Vide expo sitionem. Si quis interfecerit fratrem. sine proditione alr̃ secus vt sequitur stare non possit. Nota hic regulam ꝙ ꝓpter feloniam ꝛ ꝓ ditionem si in curia sine dedecore esse nõ possit vasallus amittit feu dum. vt no. ß. qui. mo. feu. a. §. item si fratrem. ꝛ sub. ß honeste ꝛ sine verecundia ꝛ ideo dicitur non posse amplius ibi stare. ar. ff. de ver. si. l. nepos proculo. ꝛ de condi. insti. l. conditiones. ꝛ. l. filius. ꝛ. ff. q̃. ex cau. ma. l. in eadem. ꝛ est ratio quare ꝓpterea amittit feudũ. quia feudum dicitur a fide seu a fidelitate. ꝛ datur ꝓpter fideꝫ seu ꝓpter fidelitatem. vt. ß. per quos fit inuesti. c. nulla. ꝛ de no. fi. for. c. ĵ. Sꝫ qui proditionem ꝛ feloniam cõmisit presumitur deinceps esse sine fide. ar. ff. de accu. l. si cui. §. hisdem criminibus. ergo ꝛc. ad agnatũ proximiorem. post gradum tertium superstitem. vt. ß. si de feu. fue rit contro. c. si vasallus ꝛ si vas. feu. pri. cui defer. c. ĵ. domino feu. ape riatur. de hac materia dic. vt notaui. ß. que fuit prima cã be. a. §. pe nul. ꝛ dicto. c. si vasallus.

n **On cogitur.** Datur regula hec vz q vasallus nõ cogit se offerre dño ⁊ seruitium pstare nisi sibi fuerit denũciatum a domino. tũc domino cogit seruire si põt. Oppo. ⁊ solue vt dixi. s. b si. lex ocide inci. ↄsue. reg. ⁊ facit. s. si de feu. suc. ↄtro. c. si vasal. ⁊ c. l3.

De vasallo qui contra ↄsti. lotha. regis ⁊c.

Cõtinuatio rubrice sic potest fieri. de alie. feu. superius dictum est in multis partibus. Sed quia de pena alienantis inquãtum extendi debeat dubitat. Ideo sequit hec rubrica.

Si vasallus. Diuide i duas ptes. Primo dr iquãtu puniat vasall' qui feudũ alienauerit. Scdo an liceat vasallo feudũ refutare. Scda incipit in. §. si noluerit. Casus. vasallus bñficiũ alienauit querit i quãtũ puniat. Rñ. aut totũ alienauit ⁊ pdit totuz. aut p pte ⁊ pdit p ea parte. ⁊ iõ si ↄ vnũ dominoꝝ fecit feloniã pdit feudũ p eius parte. qꝛ ⁊ refutare põt vasall' feu. p parte vnius dñoꝝ duoꝝ aliis sibi retẽtis ꝙnimmo refutare sibi l3 ẽt sine dñi volũtate. ⁊ post refutationẽ nõ tenetur sibi serui. sed non l3 sibi sine pena dominũ offendere. h. d. Mo. hic in prin. c. q pena non egredit delictũ. vt. ff. de his q. vt indig. l. repertuz. ⁊ l. heres. ar. ff. õ incẽ. rui. nau. l. ij. §. senatus. Sol. ibi q clauũ amouit cãz dedit pemptionis totius nauis. ⁊ iõ dãnũ videt dedisse p tota naui. ar. ff. ad. l. aquil. l. qui occidit. §. fi. ff. vi bo. rap. §. ptoꝛ. §. sed ⁊ si qs. ergo ⁊c. Mo. etiã q si vasallus alienat bñficiũ reuertit ad dñm. ergo videt q non ad agnatos. Sed dic vt no. s. de suc. feu. §. j. ⁊ que fuit pria cã benefi. amit. §. fin. ⁊ si de feu. suc. ↄtro. c. titi' filios. Mo. etiã q si vasallus cõmisit feloniã ↄ vnum dñoꝝ q non pdit feuduz in totũ sed p pte. arg. ↄ. s. ti. j. c. j. So. an vasal. pꝑter feloniaz amplius in curia stare non põt tunc pdit feudum in totũ. at ibi als secus. vt hic. Et sic no. q si vasallus cucurbitauerit dñm nõ pꝑter hoc dicit nõ posse esse in curia sine honoꝛe. vel dic aut felonia in se hz pditione. als p eaz deserit sacramẽtũ fidelitatis tunc pdit in totũ vt ibi als secus vt hic. Vel dic q si felonia non hz in se pditionẽ pdit totum quãtum ad eũ ↄtra quẽ deliquit quo ad aliũ nõ vt hic tibi. Mo. etiã q vasallus põt feudum refutare inuito dño. vt arg. ff. de vsufr. l. si absente. ⁊ l. cũ fructuarius. ⁊ si ser. vẽ. l. ⁊ si forte. §. etiã. ⁊ de ope. lib. l. interdum. Ar. ↄ. C. de act. ⁊ob. l. sicut. ff. cõmo. l. in cõmodato. §. sicut. C. de repu. here. l. sicut. Sol. aut feudũ est simplex ⁊ indeterminatũ. ⁊ sic hz pꝑꝛiam naturã: tunc põt refutare vasallus inuito dño vt hic. aut feudum est ↄditionatũ ⁊ determinatũ ⁊ seruitium debitũ ex pacto. tũc non põt vt ibi. ⁊ dic plene vt notaui. j. õ capi. qui cur. ven. c. fi. ⁊ sic intellige glo. j. de phi. feu. alie. p fre. §. callidis. circa fi. §. ⁊ extra de ↄsti. c. que in ecclesiaꝝ. Mo. etiã q vasallus non dz dominum offendere etiam si feudũ refutauerit in imaginẽ signum ⁊ memoꝛiam pcedentis dominij ⁊ amicitie. argu. ff. de occur. l. vlt. ⁊ C. dẽ questi. l. vlt. ⁊ ff. de questi. l. vnius. §. seruus. Queritur. nũquid libellarius vel ↄductoꝛ possit renũciare feu. iuito dño. ar. q sic. ff. de vsufr. l. si absente. ⁊ l. cũ fructuarius. ⁊ si ser. vẽdi. ⁊ si forte. §. etiã. ⁊. ff. de dã. infec. l. pretoꝛ. §. hoc edicto. ⁊ l. hoc amplius. ⁊ de edil. edic. l. hoc qrit. §. pe. ⁊ de tribu. l. illud. in prin. ⁊ hic. Arg. contra. C. de ac. ⁊ oblig. l. sicut. C. de repu. her. l. sicut. ff. de adop. l. post moꝛtem. de seruit. rusti. pdi. p fundum. So. dic q nõ põt renunciare inuito domino. qꝛ tenetur ex ↄtractu ⁊ pacto. ⁊ sibi imputet quare ↄtraxit. vt. o. l. sicut. ⁊. C. de trãsac. l. quis. Queritur etiã si vasallus post refutationem feudi dñm offendit qualr sit puniẽdus. Rñ. glo. ⁊ bñ q punit sm qualitatem delicti ⁊ inspecta ↄditione dñi ⁊ antiquo seruitio ⁊ amicitia. ar. ff. de pe. l. hodie. ⁊ l. aut facta. §. psona. ⁊ de iniur. l. ptoꝛ. §. fi. ⁊ de officio pretoris. l. diuus. §. vlti.

De aliena. pater. feu. Rubrica.

Continuatio rubrice sic põt fieri od pcedentia. Dictum est. s. de alie. feu. in genere. sequitur videre in specie.

Alienatio feudi. Diuide capitulũ in ptes tres. Primo phibetur vasallus feudũ alienare etiã volente domino agnatis non ↄsentiẽtibus. Scdo phibetur fieri inuestitura in filiã agnatis nõ consentientib'. Tertia permittitur alienatio inter agnatos. Scda incipit in. §. nec in filia. Tertia in ver. ⁊ l3. Casus. vasallus feudũ paternum etiam domini voluntate alienare non põt nec consentiẽtibus agnatis. nec etiam põt vasallus filiam suam facere inuestiri a domino agnatis non ↄsentientibus nec ratum habẽtibus sed alienare l3 agnatis ⁊ ad libellũ dare. nec dicetur libellus. sed quasi refutatio erit. ⁊ hoc dicit. Vide expositionẽ. Nec in filiam nec p ⁊ non ⁊ pro etiam de domini volũtate de quis supꝛa dictũ est non poterit cõfirmare in filiam. ↄfirmare. facit. s. de suc. feu. §. j. ⁊ dic vt ibi notaui. Et oppone ⁊ responde vt dixi. s. quẽad. feu. ad fi. pri. c. j. conceditur etiam domino non ↄsentiente alteri. i. pꝛoximioꝛi agnato q post eum successurus est in feu. Non est libellus si imperpetuũ concedatur. secus si ad tempus quod finitur viuente ↄcedente. vt. s. õ alie. feu. in prin. Vel dic aut ad magnum tempus concedit hodie tunc est alienatio. aut ad paruũ. tũc nõ ẽ alienatio. vt. ff. si ager ve. l. j. ⁊ si. eo casu quo est alienatio nõ est libellus. sed quasi refutatio. ar. j. de phi. feu. alie. p fre. §. j. ⁊ refutatio mercedẽ tamẽ pstabit viuẽte ↄcedente. si iure ⁊ ↄsuetudine non refragãte ⁊ cõi iure facta est ↄcessio. als forte secus. et. s. de suc. feu. §. j. ⁊ qualiter olim feu. po. al. §. porro. ⁊ p quos fit inuesti. §. s3 ⁊ res. ⁊ si de feu. su. ↄtro. c. titius filios. Mo. in prin. c. q non l3 vasallo alienare feu. etiã ↄsentiẽte dño nõ cõsentiẽtibus agnatis. vt. s. qui. mo. feu. amit. §. pterea. ⁊ de alie. feu. §. ⁊ si cliẽtulus. ⁊ p quos fit inuesti. §. sed ⁊ res. Mo. etiã q nõ potest vasallus facere filiã inuestiri agnatis non ↄsentiẽtibus. vt. o. ti. de suc. feu. §. j. Opp. ⁊ rñ. vt dixi in lfa. Mo. ẽt q ratihabitio retrotrahit. C. ad mace. l. fi. Arg. ↄtra. ff. de offi. procõ. l. obseruare. in fi. So. ibi spãle est. qꝛ ratihabitio nõ retrotrahit in iurisdictione. Querit in glo. si vasallus fecit filiam inuestiri agnatis non consentiẽtibus an statim possint feudum reuocare agnati vel post moꝛtem vas. Glo. simpliciter dicit q nõ possunt reuocare donec pfuerit. ar. est pro glo. s. qui. mo. feu. amit. §. itẽ si fuerint. ⁊ de suc. feu. §. hoc quoq. Ar. ↄ. s. si de feu. su. ↄtro. c. titius filios. ⁊ quib. mo. feu. amit. §. itẽ si fratrẽ. ⁊ p quos fit inuesti. §. sed ⁊ res. de rigore credo q statim. Sed de equitate post moꝛtem. dic. vt. s. no. in dicto. c. Querit quid si vasallus refutauit feudum dño. an agnati possunt statim reuocare feu. Gl. rñ. q non couiuo. Ar. est ↄ. s. si de feu. suc. ↄtro. c. titius. ⁊ qualiter olim feu. po. alie. §. poꝛro. ⁊ p quos fit inuesti. §. sed ⁊ res. Credo q statim possit reuocare. qꝛ cũ vasallus refutauit pdit omne suum ius. ⁊ nulle reliquie remanẽt apud eũ. ergo puenire dz ad prioꝛem agnatum. arg. s. an ille qui interfe. fratrẽ domini sui. c. j. cum cõcoꝛ. ⁊. ff. de assigna. libe. l. Idem erit. ⁊ l. seq. ⁊ l. verum.

o **Si inter dominum.** Casus. si inter dominũ est cõtẽtio de beneficio coram paribus dz diffiniri. verũtamẽ si vasallus petat a domino prius de suo certo feudo qd ab eo hz sine cõtrouersia se debere inuestiri audiẽdus est sed si nil habet ab eo p feudo de quo nõ sit ↄtrouersia dz primo cã diffiniri coram paribus. h. d. Oppo. ⁊ rñ. vt. j. de probi. feu. alie. p fre. §. pterea. ⁊ dicet notaui. s. de inuesti. in mari. facta. §. illud tamẽ. indubitãter põt inuestiri de suo rec. feu. quod ab eo tenet sine cõtrouersia. ventilanda prius quã de alio feudo inuestiatur. de eo facit. s. de contẽ. inter me ⁊ dominum de poꝛ. feu. fra. mei. c. j. in fi. ⁊ de ↄtro. inter vas. ⁊ epis. versi. ad quoꝛ. Nota ergo hic q quotiẽs est ↄtrouersia inter dominũ ⁊ vasallũ de feu. siquidẽ dicit se vasalluz de eo feu. solũ de quo est cõtentio non dz inuestiri nisi cã sit finita. Si vero dicit se vasallũ etiã de aliis feudis. aut de his dominus non refert ↄtrouersiã. tũc õ eis dz statim inuestiri de quibus dominus facit controuersiam aut de aliis dominus refert controuersiam: tunc de nullo dz inuestiri. nisi cã sit finita vt hic cum cõcoꝛ.

n **On est consuetudo.** Casus. De felonia aut infidelitate s3 ↄsue. mediol. nõ fit pugna. Sed sm. l. lombar. bñ fit pugna. hoc dicit. Nota hic q sm legẽ longobardo. iponit pugna õ infidelitate siue domin' vasal. siue vasallus ↄtra dominum increpet de felonia ⁊ infidelitate. quia idem ius seruatur in vtroq cum etiam dominus teneatur reddere vicem. vt. s. de forma fide. §. fi. cum similibus. Et est hoc speciale. Regulariter autẽ prohibetur pugna. vt in lombar. qualiter quis se defe. de. l. quibuscunq. ⁊ de ho. li. ho. l. recolimus. Fallit in casib'. vt hic. ⁊ supra de pace tenẽ. Si quis hominem. vbi de hoc. Queritur in glosa nunquid dominus per se vel per campionem datum a se debeat pugnare. Quidam dicunt q non per se. sed dabit campionem. quia debet fieri pugna per personas compares. vt in lombar. qualiter quis se defen. de. l. vlt. Alij dicunt q per se pugnabit nisi iuuentus vel senilis etas vel infirmitas eum pugnare prohibeat. quia principales persone pugnam facere debent. vt in Lombar. qualiter quis se defen. de. l. quicunq. ⁊ l. vltima. Prima equioꝛ est.
Queritur in glosa quibus armis debeat fieri pugna. Respõdeo q armis militaribus. vt in Lombarda qualiter quis se defen. de. l. quibuscunq ⁊ non cum fustibus. vt in lombar. de testi. si quis cum altero.

Si a morte. Casus. Si vasallus non liberauerit dñm a morte cũ potuit feudum amittit. Sed si eum a piurio liberare potuit nec fecit non amittit feudum. h. d. Uide expositionē liberare potuerit. nūciando sibi eum quod vult occidere. vel de insidijs alijs. quia potuit phibere nec fecit. ⁊ dic. vt in glo. piurium. ⁊ dic. vt. s. si de feu. fuerit contro. c. licet vas.

¶ De capitu. corra.   Rubrica.

¶ Continuatio rubrice sic potest fieri. quia rex corradus capitula quedam fecit circa feuda vtilitatem continentia. Ideo ponitur hec rubrica.

Hec sunt capitula. Diuide in quattuor partes. Primo quo tpe vasallus vel eius heredes debeat petere veterē inuestiturā. Scdo prohibet feudi alienatio. Tertio quātū debeat dare vasallus dño in adiutorium. si non vadit cū eo ad exercitum. Quarto an ecclesia priuet feudo pter culpam plati. Secūda pars incipit in. §. pterea. Tertia in. §. similiter. Quarta in. §. ⁊ iterū. Casus. si vasallus vel heres eius intra annū ⁊ diē steterint q̄ nō petierit inuestiturā a dño vel eius herede feu. amittit. Sed mediolani hoc nō seruat. h. d. vsq; ad. §. pterea. fuit ɔsuetudo nisi iusta cā fuit impeditus. vt. j. de phi. feu. alie. p lotha. c. si. ⁊ dic vt dixi que fuit pria causa bene. amit. in prin. ¶ Oppo. vt. s. quo tēpo. miles inue. pe. de. c. j. Solu. ibi qui hz in milite annū ⁊ mēsem. hic in pagano qui habet annum ⁊ diē. Alij dicunt quod ibi dicitur hic corrigitur. Prima placet.

Preterea. Casus si vasallus feudū alienauit dñs poterit feu. reuocare nulla pscriptione obstante. hoc dicit. ¶ Oppo. q̄ dño obstet pscriptio triginta annorū. vt. s. qualiter olim feu. po. alie. §. porro. qr eo tēpore tollitur omne ius si ue fuerit sciens vel ignorans. vt. C. de pscrip. xxx. an. l. omnes. ⁊ l. cōperit. ⁊ l. pscrip. Solutio dic q̄ pscriptione obstante longa que procedit cū ti. s. decem vel viginti an. Sed lōgissima sic. xxx. vel. xl. an. vt. s. qualiter feu. po. olim alie. §. porro. Alij dicunt aut dominus fuit sciens tunc obstat pscriptio. xxx. annorū. aut ignorans. tūc nulla currit vt hic. Hec solu. ponitur in glos. j. quid iuris sit si post ali. feu. vas. id recuperet. §. pfecto. Alij dicūt q̄ nulla prorsus curerit ɔtra dominū pscriptio. vt hic. ⁊. j. d. phi. feu. alie. p fre. §. j. hoc videtur approbari in summa ɔtra mediam solutionē est dict⁹. §. porro. ¶ Oppo. q̄ dñs non possit alienationē reuocare sed esse debeat in electione emptoris vtrū domino velit cedere vas. vel restituere. vt. j. ti. ij. Solu. quod hic simplr dicit hic determinat quādo vasallus ignorauit feudū alenauit. ¶ Queritur an vasallus possit feu. aliū dare in feudū. Glo. arguit pro ⁊ ɔtra. Sed non psequor hanc q̄stionē. quia iure antiquo ⁊ nouo ⁊ nouissimo pmittetur sibi in feudū dare. vt. s. de ɔtro. inuesti. §. j. ⁊ qua. feu. olim po. alie. §. j. ⁊ per quos fit inuesti. §. sed ⁊ res. ⁊ si de feu. fuerit contro. c. beneficiū in feu. ⁊ de le. cor. c. ij. §. similiter. ⁊. j. de probi. feu. alie. p fre. §. illō quoq; pcipimus. ⁊. §. callidis insup dic q̄ vasallus pōt ⁊ olim ⁊ hodie feudū alij in feu. sincere ⁊ bona fide in totum vel p parte nō in fraudē domini vel agnatorū vel sub colore inuestiture pcio accepto. cum vēdere disponat ⁊ dissimulet feu. ⁊ equali psone sibi dz dare. ⁊ lege qua ipse habet ⁊ non alia vt dictis capitulis manifeste pz. ⁊ hic in glo. dicit. ¶ Sed nūquid vasallus hodie potest accipere pcium si det in feudum videtur q̄ sic. vt. s. de his qui feu. da. pos. §. fina. ⁊ de na. feu. c. j. ⁊ no. s. de bñfi. qualr frater fratri suo in fe. c. j. Cōtra no. in summa q̄ non lz hodie pcium accipere. sed sola liberalitate ⁊ tāq̄ solum ppriū ⁊ rectū feu. ɔcedere debet. arg. s. p quos fit inuesti. §. sed ⁊ res. ⁊. j. de probi. feu. alie. p fre. §. callidis. Uel dic aut palam ⁊ publice pciuz accepit pro inuestitura non vēditurus. Sed in feudum daturus ⁊ tūc licet. aut clam ⁊ occulte cū esset venditurus. tunc non lz. arg. C. de ɔtrahen. emp. l. cū ipse. ⁊. ff. de admi. tu. l. non existimo. ⁊ de auto. tuto. l. pupillus. §. sane. ⁊ de contrahen. emptione non licet.

Similiter. Casus. Miles vasallus non iuit romam in hostes cū rege. querit quod adiutoriū domino prestare debeat. qr non vadit cum domino. Respon. q̄ in lōbar. de modico debet soluere denarios. xij. in alemania vero tertiā partem fructuum eiusdem anni. hoc dicit. ¶ Oppo. q̄ hodie dare debeat domino dimidiam partē redditus feu. vnius anni si non iuerit vel alium pro se domino acceptabilem non miserit. vt. j. de probi. feu. alie. p fre. §. firmiter. Solu. quod hic dicit ibi corrigitur. arg. ff. de legi. non est nouū. Nota hic q̄ milites q̄ beneficia habēt a dominis suis debent ire cum eis romam in exercitu ⁊ si non vadāt publice requisiti soluere debent quod dictum est alioquin feudū amittunt. vt. j. de pace iuramen. firman. §. si. ⁊ hic. ⁊. d. §. firmiter.

Item si clericus. Casus. Ecclesia feudū hz a rege prelatus ecclesie cōmisit culpā cōtra dominū pter quam dz amittere feudum. Queritur an ecclesia pdat feudum. Rñ. q̄ sic eo plato viuente sed post mortem eius reuertit ad successorē. hoc dicit. Uide expositionē. culpam suā cōmissam in dñm ad regem ptineat. Nota q̄ propter delictum plati ecclesia patitur dānum. arg. C. de sacrosan. ec. l. iubemus. nullaz nauē in fi. ⁊ extra de ordi. cogni. c. cum dilectus. ⁊ hoc ɔtingit dicit glos. pter naturam feudi. ⁊ quia deliquit in dominū. argu. est ɔtra. xvj. q. vj. c. si epm. ⁊. q. iij. c. placuit vt cuicūq; ⁊ extra de excep. c. cum venerabilis. ⁊. c. ij. De iure cōmuni posset dici oppositum. aut capitulum consensit plato tunc ecclesia patitur dānum. aut non. si quidem est delictum prelati in omittendo preiudicat ecclesie. Si vero in faciēdo non nocet ecclesie. ar. ff. extra de resti. spo. cum ad sedē. in fi. ⁊ C. d. sac. san. ec. aut. hoc ius porrectū. ⁊. xvj. q. vj. in prin. ⁊. c. se. ⁊. c. si epm. ⁊. d. c. placuit. Alij dicūt q̄ ecclesie dabit restitutio. vt extra de dolo ⁊ contu. c. j. Nota etiā q̄ pter priuilegiū ecclesie reuertit feudū ad successorē. sed forte hoc dz intelligi si caplm nō ɔsensit plato alis forte secus p dicta iura. ¶ Queritur in glo. ⁊ nō soluit quid si ecclesia hz feudū ab alio q̄ a rege. Rñdet idē seruabit qō i rege cū eadē sit rō. ar. ff. ad le. aquil. l. illud. cū suis ɔcor. ¶ Queritur quid ī alio plato q̄ epo vel abbate. dic idē cū eadē sit rō. ar. C. de ɔsti. pe. l. fi. ad. l. aquil. l. illud cū si. ¶ Quid si platus ante suam pmotionez delictū cōmisit in regē pter quod si platura fuisset ecclesia feudū amitteret. Nūquid postea factus platus pdit feudū. ⁊ ecclesia priuabit feudo. ar. est hic. q̄ sic. j. de probi. feu. alie. p fre. §. insup. ⁊ in lombar. de bñ. ⁊ terris tribu. l. vj. ⁊ hic. ¶ Ecōtra videt q̄ nō. quia feudū est ecclesie. ⁊ ecclesia sentiret dānū magis q̄ platus. ⁊ ecclesia nō dz sentire dānū vbi nullū est pctū suum. vel plati sui in platura existētis. ar. xvj. q. iij. c. placuit. vt quicūq;. ⁊. q. vj. c. si epm. ⁊. c. consuetudo. §. quod aūt. ⁊ extra de excep. c. cū venerabilis. ⁊. c. ij. ⁊ hoc videtur verius. Credo tamē q̄ ɔuētus debet ducere platū ad satisfaciēdū dño sicut pater filiū alioquin feudo priuabit vt hic dictum est. vt. j. de phi. feu. alie. p fre. §. insup. ⁊. §. illud quoq;. ¶ Queritur in gl. quid si platus deliquit in vasallū ecclesie an priuabit ecclesia pprietate feudi. est hic ar. q̄ sic donec viuit vasallus. ⁊ qr contrariorū est eadē disciplina. sicut ergo priuat vtili dominio ecclesia pter delictū plati ⁊ restituit post. Sic ergo ecōtra priuabit directo ⁊ restituet. ar. ff. ō pcu. l. pōp. §. sed institutionē. Preterea qō iuris est in toto quo ad totū idē iuris est de pte quo ad ptē. vt. ff. de rei vē. l. que de tota. ergo sicut priuat ecclesia vtili dominio pter delictū plati sic directo qō pōt dici totū quātū ad vtile qō censet eius pars. Ecōtra videt q̄ delictum plati non dz redundare in dānū ecclesie p dicta capitula. ego credo q̄ ecclesia priuet directo dominio supstite plato ⁊ post mortem eius restituat ecclesie sicut de vtili dominio dictum est. vt hic lz de iure cōmuni sit secus. vel dic vt dixi supra.

¶ De cōtrouersia inter mascu. ⁊ femi. de benefi.

¶ Huius rubrice ɔtinuatio sumi pōt p hunc modū. Superius est habita mētio de ɔtrouersia orta inter masculū ⁊ feminam vt ti. si de feu. fuerit ɔtrouer. c. ij. ⁊. iij. Sumpta inde materia sequit hec rub.

Item sciendum est. Diuide i tres partes. Primo qualiter decidat contētio orta inter agnatum ⁊ feminā de bñficio. Secūdo qualiter ɔtētio inter dominū ⁊ fe. Tertio qualiter inter dominū ⁊ emptorem. Secunda incipit in. §. sed si inter do. Tertia in. §. item si sic. ¶ Casus si cōtentio orta sit inter agnatum ⁊ filiam de beneficio agnato dicēte feu. filia negante deficiēte filia in pbatione agnato cū duodecim sacramētalib⁹ defert iurandū. Si vero ɔtētio est orta inter dñm ⁊ filiā dño dicēte feudū. filia negāte deficiētib⁹ pbationib⁹ filie defert iuramētū. Si aūt contētio est inter dñm ⁊ emptorē feu. dño dicēte feu. ⁊ emptore negāte dño deficiēte in pbatiōe emptori defert sacramētū. Quidā tamē distinguere voluerūt aut maior pars eorū que vas. tenet in loco vbi est res quā vendidit est feu. tunc psumptio est p dño ɔtra emptorē alis p emptore. ⁊ non p dño. h. d. ¶ Itē sciēdum. pone casum quattuor modis sm gl. in prin. huius. c. dic primo q̄ cū ageret inter eos ad diuisionē de bonis ⁊ hereditate paterna filius petebat sibi adiudicari quoddā pdiū paternū dicens feu. qō filia negabat ⁊ sm hoc ɔtētio hic erat inter fratres. vel dic scdo q̄ ɔtentio hic erat inter filiā ⁊ agnatū vt dixi in casus positione ⁊ agnatus agebat ɔ filiam ad pdium dicēs feudū. qō filia negabat. Uel dic tertio q̄ agnatus possidebat pdiū ⁊ filia petebat allodiū. Uel dic quarto q̄ neuter possidebat filia tñ primo dz poni in possessionē. ⁊ postea agnat⁹ petere dz. vt supra dixi si de feu. fue. contro. c. inter filiā cū. xij. sacralibus dicit glos. q̄ cum eo iurabūt illud feudum esse hoc est falsum q̄ debeant cogi iurare quia sufficit si deponat

si deponant fm ꝯsciētiam. Nam si dicerēt de veritate duo sufficiūt. vt. ꝫ. si de inue. inter do. ꝛ vas. lis oꝛta. c. ij. in prin. femine iuramētū. Oppono hic. ꝛ quere vt dixi. ꝫ. si de feu. fuerit ꝯtro. c. j. ꝛ. ij. Sacramēto emptoꝛis possidētis alis secus. vt. ꝫ. de ꝯtro. inuesti. circa pri. si feu. vt hic cōstat. ꝛ questio est de re aliqua que est in eo loco. alibi idest si q̄stio est de re quam solam dn̄s dicit esse feudū in eo loco. vel non ꝯstat ꝙ eo loco magna sit pars feu. ¶ Querit an hec distinctio habeat locum in masculo ꝛ femina ꝛ dn̄o ꝛ emptoꝛe. Respondet gl. ꝛ bene ꝙ sic. quia vbiq; est eadē rō. arg. C. de ꝯsti. pecu. l. vltima. ¶ Queritur an hec distinctio sit probabilis videtur ꝙ sic. arg. ꝫ. de ꝯtro. inuesti. §. cū aūr. ꝛ. §. si quis de manso. ꝛ. ꝫ. quibus mo. feu. alie. §. fi. ꝛ de acqui. pos. possideri in prin. ꝛ. C. de dona. sancimus. ꝛ §. ne autē. arg. ꝯtra. ff. de vsuca. l. cum qui edes. in princ. ꝛ. l. rex mixtura. ꝛ de acqui. pos. l. iij. §. incertam ptē. ꝛ. l. locus certus. hec distinctio mihi plꝫ. ꝛ credo ꝙ inducat adminiculū ꝛ p̄sumptionē p domino vt sibi detur sacramētum deficiente altera parte minori ꝓbatione ꝛ p̄sumptione.

¶ De controuer. inter do. ꝛ empto. feu.

¶ Continuatio patet ex precedenti titulo in fine.

Domino cum emptoꝛe. Diuide in partes duas. Primo dictum. Secūdo eius declaratio. Secūda incipit in ver. quo restituto. Cuius vasallus vēdidit feudū alicui dn̄s vendicat ab emptoꝛe emptoꝛ denūciat vasallo. Siquidem vasallus iurare pōt ꝙ ignoranter vēdidit feudū credēs pꝛopꝛiam rē: est in electione emptoꝛis an velit domino cedere feudum. an velit restituere vasallo. ꝛ si restituerit vas. retinebit in feu. Deinde rn̄deo tacite questioni que posset fieri nōne alienatione facta domino feu. aperitur questio hic procedit. Rn̄. illud pcedit quando a sciēte beneficium vēditur. Ultimo dicitur quod dictum est in vēditione locum habet in qualibet alienatione. h. d. si vasallus cui forte emptoꝛ denūciauit ꝙ adesset cause. qui pōt esse adesse ꝛ ꝓbationes inducere ꝛ iurare quod eius interest. vt. ff. de inof. testa. si suspecta. in princi. ꝛ in auē. de litig. §. ad hec. iurare poterit. No. ꝙ non dicit voluerit. quia si esset in eius arbitrio plerunq; iuraret se ignoꝛasse quia sciuit. ꝛ daret via piurijs quod fieri non dꝫ. vt. C. de iudi. vt. tol. l. ij. ad fi. Deferꝫ ergo sibi iurāndum siuere fuerit ignoꝛans ꝛ pꝛobat. vel si pꝛo eo est p̄sumptio. Sed si cōstaret ꝙ fuerit sciens ꝛ ꝯtra eum p̄sumptio esset non debet ei sibi deferri iusiurādum. vt. ꝫ. de ꝯsue. rec. feu. c. ij. in prin. Ignoꝛans pꝛobabiliter quia errauit in facto alieno. vt. ff. pꝛo suo. l. fi. Secus si sit crassa ꝛ supina ignoꝛantia. vel quia ignoꝛat quod omnes sciunt vel in facto pꝛopꝛio vel errauit in iure. nisi esset de ꝑsonis quibus esset permissum ius ignoꝛare. vt. ff. de iuris ꝛ fac. ignorā. l. nec supina. ꝛ. l. iuris ignoꝛantia. ꝛ. l. regula. electio. ¶ Nota mirabile ꝙ est in electione emptoꝛis hic cui velit cedere feudum. ¶ Oppono ꝙ non debeat esse in electione emptoꝛis sed iudex cause debeat absoluere vel cōdēnare emptoꝛem. vt. ff. de iudi. l. de qua re. ꝛ. l. vbi iudiciū. ¶ Solutio dic ꝙ hic iudex pꝛofert hanc sentētiam ꝙ eligere possit ēptoꝛ ꝛ hoc facit autoꝛitate huius iuris ꝯsuetudinarij. ¶ Sed oppo. iudex fm foꝛmam petitionis dꝫ ferre sentētiam. vt. ff. de nego. gest. l. pomponius ad fi. ꝛ cōmuni diui. l. vt fundus. ergo non debet pferre p̄dictam sentētiam. vt ibi. Solutio illud est regulare. hoc spāle. vt l dic de iure cōmuni procedit vt ibi. secus de consuetudine vt hic. ¶ Queritur vnde fundatur hoc ius vel equitas ꝙ cōmittatur electioni emptoꝛis. Respon. foꝛte ex eo ꝙ nullus pꝛopter id sentit dānum. quia cedet domino ꝛ non tenebitur ei de euictione. quia culpa sua videtur res euicta. argu. ff. de euic. si rem. §. duple. aut cedet vas. ꝛ dominus non dicitur ledi. quia iurauit vasallus se ignoꝛare. ꝛ sic debet obtinere sine electione emptoꝛis. Sed quero nonne est verisimile ꝙ semper debet eligere vas. ꝛ cedere sibi vt postea posset agere de euictione ꝛ non cedere domino ne sit in dānum. Respon. sic. ꝛ fatuus erit si hoc non faciet. Cur ergo cōmittitur sibi electio. Respon. ꝙ potest aliter eligere. sed cum dāno suo ꝛ sibi imputet. vt argu. ff. de regu. iu. l. quod quis. restitutio vas. ꝛ quod dicitur. Respondet tacite questioni siue obiectioni. ¶ Oppo. ꝙ feudum restitui debeat vasallo ignoꝛanti indistincte omissa electione emptoꝛis. vt. ꝫ. si de feu. fue. controuer. c. si vasallus feu. Solu. fm quosdā ꝛ glo. videtur appꝛobare quod hic dicitur intelligi debet cū determinatione istius. c. Hoc non plꝫ qꝛ indistinctū determinat ꝯstitucum dic ergo ꝙ ibi succincte ꝛ indistincte dicitꝛ dꝫ intelligi cū determinatione illius. c. ¶ Queritur si emptoꝛ domino cesserit feudū non ꝯsentiente vasallo. an vasallus sibi tenebitur de euictione. Respon. ꝙ non. quia eius culpa est res euicta. vt. ff. de euic. si rem §. si duple. Sed si vasal. cesserit tunc agere potest de euictione. arg. j. an apud iudi. vel cur. do. c. j. ꝛ ꝫ. de inue. de re. a. fac. in princ. vbi de hoc. ¶ Queritur quid si emptoꝛ domino cesserit feu. nunquid vasallus ignoꝛans poterit recuperat ab eo non obstante venditione. Respondet glo. ꝛ bene ꝙ sic. quia domino non est apertū feudū vt hoc. c. ver. ꝛ quod dicit. ꝛ qꝛ vēditio facta est ꝯtra. l. ꝛ ꝓ infecta habetur. vt. j. de pꝛohi. feu. ali. p lotha. ꝛ p fre. ergo ipse idē pōt cōtra venire. vt. C. de libe. causa. l. j. ꝛ de agri. ꝛ censi. quēadmodum lib. x. Sed oppono ex inutili contractu transfertur dominiū. vt. C. ꝺ suffra. l. vna vbi no. ꝛ de dolo. l. eleganter. in prin. ꝛ. C. de fide instrumē. l. contractus. ergo vtile dominium quod sibi competebat transtulit in emptoꝛem. ¶ Quo ergo iure petet ab emptoꝛe. Respon. verum est ꝙ ex inutili contractu transit dominiū vbi ꝯtractus est preter legem. Sed vbi contractus est contra legem non transit dominium. vt dicta. l. quēadmodum ꝛ fm hoc petet vtili in rem que pꝛefertur directe. vt. ff. si ager vecti. l. j. Uel dic ꝙ transit dominiū semper si aget ꝯditione sine causa. argu. ff. si cer. peta. l. si me titius. ff. de condi. sine causa. l. j. ꝛ. l. penul. Uel dic officio iudicis. ¶ Queritur que actio detur domino contra emptoꝛem qui emit feudum a vasallo. Respondet glo. ꝛ bene ꝙ datur rei vendi. directa. quia directuꝫ dominium remansit apud eum. vt. ꝫ de inuesti. de re. ali. fa. §. fi. ꝛ. j. in quibus cau. feu. amit. §. fi. Alij dicunt ꝙ dabitur conditio ex moribus seu ꝯsuetudine. Alij dicunt ꝙ datur conditio ex. l. imperialē decet solertiam. hoc intellige rōne possessionis non rōne dominij. vt. C. de dona. que sub modo. l. j. ꝛ ff. quēadmo. vsufru. ca. l. viri. vel dabitur ꝯditio ex libertis sabinianis siue ex ipsa lege. vt. C. de acq. pos. l. fina.

¶ De ꝯtrouer. inter vasallum ꝛ alium de benefi.

¶ Continuatio rubꝛice sic potest fieri. Quia plerunq; oꝛitur controuersia inter vasallum ꝛ extraneum non vasallum possidentē feu. vel petentem. Ideo ponitur hec rubꝛica.

Si causa inter vas. ¶ Casus. vasallus agere ꝛ conueniri pōt pꝛo feudo etiam domino absente ꝛ quasi pꝛo re pꝛopꝛia transigere potest bona fide ꝛ si ꝯtra eum iudicatum est vel ab eo transactuꝫ dominus cogitur postea ratum habere. etiam feu. sibi aperto. hoc dicit. Si causa inter vas. Nota hic ꝙ vasallus potest agere ꝛ se defendere pꝛo feudo ꝛ eius parte. ꝛ transigere etiam domino absente. quia hꝫ vtile dominium. ꝛ actionem in rem vtilem. vt. ꝫ. de inuesti. de re. alie. facta. §. rei autē. Sic est emphiteotecarius ꝛ similes. vt. ff. de rei ven. l. supficiario. ꝛ si ager vec. l. j. sed non agit de euictione nisi domino nunciauerit. vt. ꝫ. si de feu. vas. ab ali. interpel. fu. c. j. fraudulenter. i. si fiat de re dubia ꝛ lite incerta ꝛ indubitata ꝛ in aliquo sibi dato vel pꝛomisso. vel ab eo retento. alꝭ secus. arg. C. de transac. l. trāsactio. ꝛ. l pꝛeses. ꝛ arg. ff. de transac. l. j. ¶ Queritur an quod datum est nomine transactionis conuertatur in feudum. Glo. simpliciter dicit ꝙ non. vt. ꝫ. si de feu. fuerit controuer. c. si vas. vel dic aut est species immobilis. tunc conuertitur in feu. arg. ff. de lega. ij. l. impatoꝛ §. fina. ꝛ de dona. inter vi. ꝛ vxo. si dona. §. sponsus. Si vero est pecunia vel res mobilis tunc nō erit feudū. vt. ꝫ. si de feu. ab alio interpel. fu. c. j. ꝛ dic vt ibi.

¶ Quid iuris sit si vasallus post alienationē ꝛc.

¶ Hec rubꝛica potest sic continuari superius dictuꝫ est de ali. feu. pꝛohi. ꝑpter quam vasallus feudo priuatur. Sed quia crederet aliquis ꝙ si vasallus post alienationē id recuperet ꝙ feudum nō retineret. Ideo sequitur hec rubꝛica.

Preterea si vasallus. Diuide capitulum in tres partes. Pꝛimo recitatio iuris antiqui. Secundo iuris noui. quando post aliena. feu. factam domino ignoꝛante feuō. recuperant. Tertio quando domini voluntate vendit ꝛ postea recuperauit vel non. Secunda pars incipit in ver. hodie aūt. Tertia in. §. pfecto. ¶ Casus olim ante ꝯstōnē lothariū licitū erat vasallo feudū in totū vel ꝑ pte saltim alienare. ꝛ si feudū alienabat ꝛ ipm postea recuperabat reuertebaꝛ in cāꝫ feu. sed hodie non lꝫ vendere ꝑ aliqua pte. ꝛ si vendiderit dn̄o ignoꝛāte lꝫ post recuperauerit in feu. nō retinebit. Si aūt dn̄i voluntate vēdiderit vel per libellum vel aliter alienauerit ꝛ id postea recuperauerit non retinebit pꝛo feudo sed iure pꝛopꝛio si eo modo recuperauerit. Si vero ad libellum dederit domini voluntate adhuc retinebit feudum. Si vero postea vasallus recuperauerit per libellum

non retinebit pro beneficio. sed si feudū refutauerit domino libellum retinebit. hoc dicit olim licebat. vt dixi. s. qui. mo. feu. alie. §. fi. ⁊ qualiter oliꝫ feu. po. alie. in prin. sibi retinebit si licite alienauit secus si illicite. vt. s. pꝫ in littera. iure tamē bene. s. si vēdidit. sed si ꝑ libellum dedit si quid postea recuperauerit ꝑ libellum nō retinebit illud ius libellariū erit in feu. vt. j. pꝫ. hoc iure feu. i. res ipsa manet in feu. si ꝯtractus factus est ad modicū tēpus. alr̄ illō ius libellarium cēsetur feu. non retinebit. res tamē ipsa manet in feu. retinebit. i. res desinit esse in feu. No. ex hoc. c. circa princi. q2 si vasallus alienat feudum illicite licet recuperauerit non remanebit in feudo. argu. C. de feu. paſ. ⁊ testi. l. insulam. ff. vnde cogna. is cui. ⁊ deposi. l. j. §. si rem. de fur. qui ea mēte. j. q. j. c. cito turpem. cum ꝯcor. Ar. ꝯ ff. de bo. pos. ꝯtab. l. j. §. penul. ⁊ fi. ⁊ de iure patro. l. fiue. ⁊ de libe. ⁊ po. l. filio quem. Solu. fm̄ veritatem res que illicite alienaꝶ nō restituitur in primā causam licet recupereꝶ. vt. ff. de fideicom. lib. l. cū quidam. ⁊ l. rogo. quia dolus vel culpa purgari non pōt eo mō. vt no. d. c. cito turpem. ¶ Tangit glo. brocardicū q non restaurātur iura amissa licet res in pristinū statum redierit. Solutio. vt no. s. s bene. femi. §. fi. ¶ Not. in. §. profecto q vasallus hodie non potest feudum alienare etiam ꝑ libellum sine domini volūtate. vt. j. de prohi. feu. alie. ꝑ lotha. ⁊ ꝑ fre. c. imperatorē. non ꝯsequor dic. vt. s. de alie. feu. ⁊ qualiter olim feu. po. alie. ⁊ si alienauerit ꝯtra domini voluntatē ꝯtra dominū nulla ꝓscriptio currit. quod dic. vt no. de capi. cor. §. preterea. ¶ Queritur si vasallus domini volūtate vendiderit feudum ⁊ postea recuperauit. que est rō quare non restituiꝶ in feu. respō. quia ꝑ venditionē factam ꝯsensu domini dn̄s ꝑdidit rectū dominiū. ⁊ vasallus vtile dominiū. ar. C. de re. alie. vel nō alie. l. j. ⁊ l. si fundū. ⁊ l. nemo. ⁊ C. de remis. pigno. l. j. ⁊ ij. ⁊ iō non restituitur in pristinū statum. vt. ff. de sta. ho. l. liber homo. ⁊ de adop. qui liberatus. ⁊ hic. ⁊ s. de alie. feu. §. ⁊ si clientulus. ⁊ C. quādo licet ab emp. discedere. l. j. ⁊ ij. ⁊ est optimum. arg. ff. de vsucap. l. fi. in prin. ¶ Queritur si volūtate domini dedit ad libellū imꝑpetuū. ⁊ recepit pēsionem an remaneat feudum. arg. est q non in prin. huius. §. Econtra videꝶ q sic. vt. e. §. ver. illud. ⁊ ver. fi. ⁊ hec est veritas. Sed opponiꝶ rōne ꝑ dationem ad libellū imperpetuū transfertur vtile dominiū quod habet vasallus in libellariū. Certe sic. vt. ff. si ager vec. l. j. ij. ⁊ iij. ergo apud vasallum nullū remanet dominiū. sicut diciꝶ in emphiteo. vt insti. de loca. §. adeo. ¶ Quid ergo remanet in feudo. respon. quod illud ius libelli quod est apud eū remanet apud eū. vt in ver. illud. ⁊ in ver. fi. patet quare vocatur in primam rē feudalem ad huc possidere ꝓpter pensionē quā recepit. ar. ff. de vsufru. l. non vtitur. ⁊ l. seq. ⁊ qui. mo. vsufru. l. pōpo. ¶ Queritur quid si dedit alij ꝑ libellum domini volūtate. ⁊ postea recuperauit ꝑ libellum an remanet feudum hoc casu videtur q sic. vt in ver. illud vero. Sed quid erit in feu. respon. ius libelli. nō vt. d. ver. illud. ergo ipsa res retinebitur in feu. quasi restituta. in pristinam cām. quia recuperauit vtile dominiū. arg. dictarū l. que dicūt rem restitui in pristinā cām. ⁊ hoc ꝯtingit. quia domini voluntate dedit ad libellum. vt dictū est.

¶ An agnatus vel filius defuncti ⁊c.

¶ Rubrica hec pōt sic ad ꝓcedentia ꝯtinuari. Superius dictum est de suc. feu. Sed q2 dubitari pōt an qui succedit in feu. possit hereditatem eius cui suc. repudiare. ⁊ feu. retinere vel nō. Ideo sequitur hec rubrica.

SI contigerit. Diuide in ptes duas. Primo an agnat⁹ possit hereditatē agnati repudiare ⁊ feudū retinere. Secūdo an filius defuncti possit hereditatē repudiare. ⁊ feudum retinere. Secūda pars incipit in ver. vbi vero. Casus. Si agnatus succedat vasallo agnato in feudo ⁊ in hereditate potest hereditatē eius refutare. ⁊ feudum retinere nec cogiꝶ debitū hereditariū soluere. nisi de fructibus eius āni quo vasallus decesserit fm̄ ꝓmissam destinctionē. Si vero fili⁹ suc. vas. patri in feudū. ⁊ hereditate non pōt hereditatem repudiare ⁊ feudum retinere. sed omnimodo cogēdus est soluere debitū paternū nisi vtrūq3 repudiet. verū tamē si agnatis cōsentientibus sit de feudo a domino quasi de nouo beneficio inuestitus tunc poterit hereditatem paternā repudiare ⁊ feudum retinere. nec debitū hereditarium soluere cogetur. h. d. si paternum fuerit ⁊ feudum est simplex ⁊ rectū ⁊ ꝓpriam hꝫ naturam. alr̄ forte secus. vt notaui. s. de eo qui sibi et heredi. suis mas. ⁊ femi. in prin. quod supra diximus. i. sicut distinguiꝶ quādo feudum dn̄o aperitur. vt. s. hic fi. lex. §. his ꝯsequenter. Sic etiam ⁊ quādo trāsit ad agnatū si debitum imminet. possit fili⁹ iminente. quia hominis hereditariū sequitur heredem. vt. C. de here. insti. l. quotiēs. Nota in prin. huius. c. q si agnatus succedat in feudo paterno agnato ⁊ hereditate eius q pōt repudiare hereditatem ⁊ feudum retinere. nec teneꝶ soluere debita eius de feudo. nec de fructibus feudi. nisi de fructibus eius anni quo mortuus est vasallus cum distinctione tatnē vt in lr̄a. ⁊ est ratio q2 omnis militia publica existit. ⁊ nullum questum oīo alium q ex imperiali munificentia hꝫ. vt in auꝶ. de exhi. reis. §. optimuꝫ quoq3. ⁊ ideo nō pōt ab homine auferri. arg. ff. de adop. l. si arrogator. ⁊ in auꝶ. de nup. §. si vero solam vsumfru. ⁊ §. soluto. ⁊ arg. ff. de mino. l. iij. §. sed quid minori ver. sed si ei. ¶ Nota in ver. vbi vero. q filius nō pōt repudiare hereditatem paternam ⁊ feudū retinere siue feudum sit nouum siue paternum. arg. in auꝶ. quibus mo. na. effi. sui. §. ⁊ quoniā. ⁊ C. de iure delibe. l. quidam elogio. ⁊ C. de ser. l. heredes. ⁊ ff. de verbo. signi. l. bonor. ⁊ de acqui. re. do. l. rem in bonis. ¶ Ar. ꝯtra. C. de colla. l. ij. ⁊ l. pe. ⁊ de secun. nup. l. generaliter. ⁊ auꝶ. hec res ibi posita. ⁊ ff. de iure patro. l. filij. ⁊ de ope. lib. l. si operarū iudicio. Solu. de iure cōmuni ⁊ iuris rigore credo q possit hereditatē repudiare. ⁊ feudū retinere. ⁊ hoc innuit glo. hic. Sed de iure ꝯsuetudinario feu. est secus vt hic. ¶ Sed que est ratio quare agnatus pōt repudiare non filius. Rn̄. q filius acquirit sibi feu. patre suo medio sed agnatus non acquirit sibi agnato medio sed suo patre medio. vt. s. de succes. feu. in prin. ⁊ de gradi. suc. in feu. in prin. Quod dixi de filio q non lꝫ repudiare hereditatem intellige quādo filius potest hereditateꝫ patris habere. quia pater instituit euꝫ in testamēto. vel quia pater mortuus est intestatus. Si vero non pōt hereditatē habere tanquā heres q2 nuus institutus est heres ⁊ pater filio reliquit legitimam portionē iure institutionis tunc filius poterit feudum acquirere licet non sit heres nec tenebiꝶ debitū soluere. vt. ff. ad trebe. l. si quis prior. vbi de hoc. ⁊ C. de heredi. insti. l. quotiens. ⁊ ff. de heredi. l. j. §. si ex fundo. ⁊ in auꝶ. vt cum de app. cog. §. aliud. ⁊ §. siue. ⁊ de hoc etiam dic vt notaui. s. si de feu. fuerit controuer. c. titius filios.

¶ Nota etiam q qui alij consentit perdit ius suum. Idē si ratū habet. vt hic ⁊ s. qui. mo. feu. amit. §. ꝓterea. ¶ Queritur quid si filius ꝯsentientibus agnatis qui de nouo feu. est inuestitus ⁊ postea moriatur sine filijs an agnati succedāt adhuc tāquā in feudo paterno. Respondet glo. ⁊ bene q non quia ꝑ ꝯsensum priuati sunt iure suo. ⁊ q2 renūciatio est in rē. vt. d. §. ꝓterea. ⁊. j. de eo qui. si. se. agna. de feu. paterno. in fine. ⁊ C. de remis. pigno. l. j. ⁊ ij. argumen. contra s. de vasallo. decrepi. eta. c. j. sed dic vt ibi nota. ¶ Queritur quid si domin⁹ inuestiuit filiū quasi de nouo feudo. non ꝯsentiētib⁹ agnatis nūquid agnati possint statim reuocare feudum. Rn̄. si repudiauit hereditatē ⁊ feudum retinuit videtur q possit. quia non pōt habere feudum sine hereditate. ⁊ hoc dicitur. ⁊ ideo repudiando hereditatē videtur repudiare feuduꝫ. q2 cum volo aliquid videor velle ⁊ id quod ꝓcedit sine quo nō possum ꝑuenire ad id quod volo. vt. ff. de acqui. here. l. illud dubi. ⁊ C. de fideicō. lib. l. ⁊ si non ascripta. arg. ꝯtra. ff. de ser. vr. predi. l. si domus. Tu dic q si non repudiauit feudum etiā ⁊ si repudiauit hereditatē ⁊ est quasi de nouo inuestitus cogitur esse heres ⁊ soluere debitū nec agnati possunt ab eo reuocare feudū vt hic. ⁊ ar. C. de repu. heredi. l. j. ⁊ ff. de acqui. here. l. pro herede. ⁊ l. si seruum. §. fi.

¶ An apud iudicem vel curiam ⁊c.

¶ Continuatio huius rubrice pōt sic fieri. quia orta ꝯtrouersia de feudo sepe dubitatur in ꝓcedētibus apud quē debeat determinari. Ideo sequitur hec rubrica.

EX eo q. Diuide in partes tres. Primo thema. Secūdo questio. Tertio responsio. Scda pars incipit in ver. est questiꝫ. Tertia in ver. eij respōsum. ¶ Casus. vasallus decessit sine filio. miles quidā petijt a domino de eius feudo inuestiri. post inuestiturā sibi factam agnati ab eo feudum vendicant quasi paternū. Ipse dicit feudum nouuꝫ esse. Queritur coram quo cā debeat diffiniri. Rn̄. q coram paribus curie. ⁊ non coram domino. quia quodāmodo causa ad dominum spectare videtur. ⁊ licet alter pro se non possit alteruꝫ trahere ad curie iudicium. Curia autem eos vocante nemini licet curie iudicium declinare. hoc dicit ab eo coram paribus ⁊ non coram domino cuꝫ paribus. argumē. C. ne quis in causa sua ius si. di. l. j. alter per se. i. sua autoritate sine paribus curie. argumen. ff. pro emp. l. aliena. eos vocante ad petitionem alterius partis. vel forte ex eorum officio sine requisitione partis. Opponitur q iudex vel arbiter debeat cognoscere. vt. s. de le. cor. c. ij. in principio. Solutio fm̄ gl. hic conijabat feuduꝫ de quo est controuersia pertinere ad dominum. ibi non. hoc non placet. quia ibi etiam loquitur quando cōstabat. quia in vno casu ibi producebant eundem inuestitorem. dicit ergo q ibi vterq3 dicebat proprium esse feudum. ⁊ se de eo inuestitum. Sed

hic alter

